

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

LVCIANI
SAMOSATENSIS,
Hermotimus, siue de se-
ctis Philosophorum,
Conrado Gos-
clenio in-
terpre-
te.



Louanli Apud Theodoricum Martinum
Alostensem, Anno .M.D. XXII.



CONRADVS GOCLENIVS CLA-
rissimo uiro Thomæ Moro Senerissimi Re-
gis Anglorum a thesauris, Salutem
dicir plurimam.



Quid me pudet, More doctissime idemq;
humanissime, quoties memoria reputo, q̄
amanter me non semel ad mutuam amici-
tiam prouocaris, qui hactenus nihil tibi re-
sponderim. Nec sane in promptu est, quo
me colore ab inhumanitatis uitio expurgem. Si dicam
non fuisse tabellarios opportune ad manum, metuo ne
faciat quorundam uanitas, qui se hoc prætextu solent
defendere, sicubi in officio cesserint, uera narranti ut non
habeatur fides. Si culpam in occupationes reiciā, cau-
serq; minimū superesse ocii, in hac publice docendi pro-
uincia, fortasse uidebitur excusatio in speciem, q̄ re ue-
ra iustior. Quis enim tanta negotiorum sarcina premi-
tur, aut cui tam sunt angusta temporis spacia, cui non
tantillum relinquatur, quod eiusmodi amicitiae concia-
liandæ impartiat, cuius gratia uel uadimonium erat de-
ferendum. Sin autem ita agam, me, quod in hac causa
unicum poterat esse defensionis præsidium, non igna-
rum mediocritatis meæ, nec ignarū angustæ in re lite-
raria supellectilis, non ausum literis interpellare Mortū,
eruditionis gloria in primis clarum, omnibus ingenii
dotibus eximium, omni uirtutum genere excultū, de-
inde, quod in egregia uirtute solet esse rarissimum, pa-
ribus fortunæ muneribus subnixum, quæ indies nouis
quibusdam incrementis a Regis potentissimi beneficē-
tia augeatur, nimirū formidasse ne repudiarer nouus &
impar hospes, ne nō esset locus nouo amiculo, inter tot
ueteres, eosq; uniuersi orbis & uirtute, & rara doctrina
prima



primarios. At hanc arcem mihi famolim tua humani-
tate candoreq; subuertisti funditus, qui tua sponte mi-
hi, id uix sperare auso, amicitiae fores ultro inuitas, ape-
ruiisti. Proinde etiam atq; etiam uereor, ne iure parum
humanus habear, qui ad limen vocatus, non sim ingres-
sus, & manu utraq; non arripuerim, obuiis ulnis excip-
ientem hospitem, nec datū acceperim id, quod summis
erat mihi uotis expetendum. Cæterū ut aliquando tan-
dem ueram silentii mei rationē accipias. Gestiebat ani-
mus non epistola tantum, uerum maiori aliqua litera-
rum tessera, amicitiam tecum auspicari. Iamq; in id to-
to pectore incubueram, ut dispicerem quippiam, quod
instar arrabonis esset initiae recens amicitiae, & perpe-
tuae meae in te symbolum obseruantiae. At cum plera-
que aut parum tractatione arriderent, nonnulla tardi-
us opinione procedant, optimum factu sum arbitrat⁹,
si non quali ipse cuperem, certe quali in praesentia pos-
sem argumento, animum erga te meum testificarer.
Deprecaturus igitur culpam diutini silentii, misi ad te
Luciani Samosatensis Hermotimū, siue de Philosopho-
rum familiaris Dialogū, mira festiuitate, cuiusmodi sunt
etis auctoris omnia, refertum, quē ego ingenii & styli ex-
ercendi gratia e Græco in latinū sermonem conuertī.
Quod quidē genus studiorū, cum uideā tantopere lau-
datum a Plinio Iuniore in epistolis, a Quintiliano, ab
ipso deniq; M. T. Cicerone, deinde excultū ac frequēta-
tum ab omnibus, qui ullo unquā sæculo uerae eruditi-
onis famā sunt affecuti, speraui me quoq; facturū ope-
ræ precium, si maiorum exemplis ad optima cōniterer
emicare. Quod si conatū frustraretur euentus, nōnihil
esse laudis, praestantiora sequi, etiam si assequi nequeā.
Sæpius tentanti posse tandē succedere. Cessantes abes-
se tantū a progressū, quantū absunt ab industria. Qua

In re si eruditioribus a me nō est factū satis, dabo operam ut aliquando δούτερον ἀμενόνων. Illorum cando ris est, fauore egregios conatus & industriam psequi, nec obitare sequentibus, sed potius faustis acclamatio nibus torpentes adhuc animos, ad alacritatem excitare, magisq; in hoc anniti ne quis præcedat, q̄ ut nemo sub sequatur. Tamen si hac in parte mihi sane debetur uenia, iuxta prouerbiū nunc πρῶτον τίγω, maxime q; in hoc commentario unus & alter locus aut tēporis iniuria, aut scriptorum oscitantia sunt deprauatiores, de qua re si quis doctior submoneat, ingentē sim habiurus gra tiam. Sic tamen a nobis sunt expleti, ne quis hiatus reli queretur. Atq; illud in causa fuisse suspicor, cum pluri mi in latinā orationē Luciani dialogos traduxerint, in qua tu parem cum primis laudem es affecutus. nemo tamen Hermotimo hactenus, quod ego quidem sciam, admolitus sit manū, cum haud dubie non solum ar gumentū festiuitate, sed & differendū argutia sit habendus inter uenustissimos. Verum id me uehementius al liciebat, cogitantem illud, δύσκολον τὸ καλόν. At si qui erunt, ut nunq̄ desunt, quibus Imperitia confidentiam parit, quibusq; nihil nisi quod ipsi fecerunt, rectum pu tant, qui & ista reprehēdant, illorum iudiciū, tum de mū alicuius esto ponderis, cum ipsi aliquid melius edi derint, quo suæ eruditioni faciāt fidem, quod si aut re cuset, aut non possint, quis non uidebit haud quaquā eos ueritate ducti, sed ἐδωλοῖς ἐπὶ ἄλλοις τοῖς τὸν κρύβει ον δύμειν βαρύνεσθαι. Porro hoc in dialogo Lucianus idem agit, quod in plerisq; aliis, philosophorum insciti am prodit, autoritatē eleuat, personam detrahit, sectas, opiniones, ac dissidia detestatur. Palam ostendens id, quod est uerissimum, in multa opinionū uarietate ni nimū esse scientiæ. Alium enim fieri posse ut nulla,

alterū

alterū non posse, ut plus una uera sit. Hinc fieri ut ppe
modū nihil cōperti habeāt philosophi, interī nihilomi
nus sui cōpendiū gratia ignaris lucū facere. Reliquis in
rebus a uulgo nihil differre, & plerūq; esse tum magis
inseclos rerum, tum etiam deteriores. Cæterum nō igno
ro q̄ male ob ueritatem a plurimis tamdudum audiat
Lucianus, q; philosophiæ uideatur esse infensior, uerū
siqs pressius consyderet, & rem ipsam exactiori iudi
cio expendat, non philosophiæ inimicum reperiet, sed
quorundam moribus hostem, qui nomen quidem ge
rebat philosophorum, cæterum uita, aut cum multitu
dine erat cōmunis, aut sub specie uirtutis & umbra gra
uiora etiā flagitia designabāt. Quāq; hoc illi cōnune
cū Lactantio, Tertulliano, Hieronymo, Chrysostomo,
cæterisq; primariis nostræ religionis doctoribus, & q
ipsi parū æqui sunt philosophis. Horū ille uitam dete
stabatur, non reprobaturus philosophiam, sicubi com
perisset incontaminatam. At cum exploratum haberet,
uitam nulla in parte cum doctrina & libris consentire,
cum uideret assidue data occasione fraudere, pelurare,
fallere, uoluptatibus esse emancipatos, impotentia men
tes huc illuc rapi cum, interim in congressibus preter
uirtutem, honestum, decorum, iustitiam, temperanti
am, æquanimi tatem nihil creparent, non uult scilicet
egregius ille παρρησιας illorum imposturas, myste
riæq; in apertū ex abdito prouulgauit, nō iratus philo
sophiæ, sed ut dixi philosophis, quorū fere neminē li
cet reperire, p̄sertim apud Græcos, cuius natiōis phil
osophos, ille potissimū insectatur, cuius uita nō fuerit
inquinatissima, quātūcūq; aut ingenio aut eruditōe ex
celluerint, quantūcūq; sanctimonix eorū libri pre se fe
rant. Ac ne qs hoc falso predicari existimet, age, de ipso
Aristotele non traducēdi hoīs gratia, sed tāū exempli
causa

causa dispiciamus. Huius nunc consensus scholarum, uel
soli sapientiæ cognitionem, & ingeniū laudem attribuit
Et apud uerustiores sine cōtrouersia magistrū Platonē
primo ordine seq̃batur. Huius itaq̃ innumera illa uo-
lumina si lustres, quæ de moribus instituendis, de go-
bernanda republica, de reifamiliaris administratione,
si, quæ de officio uirtutum præcipiunt, uidebitur quā-
tulis esse precii. Sin uitram introaspicias, palam erit illi
eo, quā hic mirificus monitor sua illa egregia præcepta
sibi scitius credas, se in Lernam malorum incidisse, uitā
tantum a scripto abesse, ut nihil possit fingi diuersius.
An non insigni infamia laborat, q̃ eius inuento magn⁹
ille Alexander, a præceptore discipulus, ueneno tradi-
tur esse extinctus. An non luxu & auaricia tam insolē-
ti erat, ut Plinius de eo scribens testetur, deperditos eti-
am Rhomanorum mores, Græcæ philosophis tamen
fuisse meliores. Iam quæ Athenæus libro Dipsophi-
starum tercio decimo in Phaselitum eius discipulū per-
patrata refert, ob nefandum scelus pudet cōmemorare
Interim de uiri boni officio nemo uidetur exactius dis-
serere. At idem tamen Hermian familiarem suum tur-
piter loco excedere fecit, quemadmodum docet Terrul-
lianus Apologistici aduersus gentes capite ultimo. De
uno rerum omnium opifice ac moderatore ita disput-
tat, ut sibi etiam uideatur persuasisse, quod docet. Sed
exige uitam ad doctrinam, hic σεμνότητος ut græce di-
cam, & Philosophorum κορυφαίος meretriculæ, cuius a-
more tenebatur rem diuinam fecit, tanq̃ Eleusinae Cere-
ri. Id qđ docet apud Diogenē Laertiū in eius uita Ari-
stippus. Considera, mortem, cōperles uitæ magis, q̃ pro-
fessionem consentaneam. Nam sese in Euripum saltu ani-
mi præcipitauit ac submersit, quod assiduārū recīpro-
cationum, quibus mare illud redundat, causam, nequis
et der.

ret deprehendere. Quod si tales fuerunt optimates, ac philosophorum principes, quid existimandū de inferioris notæ philosophis, inter quos sunt, qui rerum finibus constitutis, ne possint quidem unq̄ officio fungi, sed si palā animi sui morbum profitentur, alii e grege Stoicidarum platoniorū peripateticorū ferme tales fuerunt. cuiusmodi græco quodam epigrammate uerbis quidem sesquipedalibus, uerumtamē elegantissime depinguuntur.

Οφρουνασασίδα, ζίνεγκατα πηγιγένεσσι.

Σακκογενεσότροφοι, καὶ λοποδαργαρίδαι,

Ἰνατονωπερίβαλοι, κηλιποκαίθλεπέλατοι,

Νυκτιλαδραμοφάγοι, νυκτιπάται, πλάγιοι.

Μηρακιεπάται, καὶ συλλαβοπειυιλαβίται.

Δοξοματαιόσοφοι, ζηταρετισιᾶδαι.

Quæ cum ita sint, mirabimur extitisse libero ingenio homines, qui dolerent sanctissimum philosophiæ nomen quorundam impuritate contaminari: Nec puto alia ratione permotum fuisse Lysimachum & regem, & philosophiæ studiis in primis memorabilem, cur preconis uoce iusserit omnes philosophos regno suo excedere, Neq̄ uero solus Lysimachus hac contumelia eos fuit infecutus, sed etiam Athenienses ipsi, apud quos philosophia nata, educata, ppagataq̄ fuerat, nō urbe solum, sed uniuersa Attica philosophis interdixere. Idē aliquoties factitatū est a Rhomaniis. Quin etiam Lacedæmonii, quorum reipublicæ instituta omnium literis celebrantur, hoc genus hominum in ciuitatem non admiserunt, non opinor philosophiæ odio, sed quod animaduernerent τὸν σ μὲν λόγους θανάτου, καὶ δὲ λέγοντας ἀπίσους, utpote quorum doctrinæ uita esset contraria, Sed quo feror? iam dudum enim uideo extra septa me transilire, oblitumq̄ mei, cum

cum id unum dicere statuissem, Lucianum nec citra legitimum causam, nec absque exemplo, adumbratum hoc philosophantium genus, qui Curios simulant, & bacchanalia uiuunt, conuictis fuisse insectatum. Tu uero mi More suscipe hilari uultu hunc libellum tibi inscriptum, mnemosynon noui amici, sed qui officio, amore, & obseruantia nulli ueterum sit concessurus. Vale

Louanii e Collegio Trilingui, quarto
calendas Nouembres. Anno Christi
Millesimo quingentesimo
Vicesimo
secundo.

LVCIANI SA

MOSATENSIS HERMOTIMVS

SIVE DE SECTIS CON

RADO GOCLENIO

INTERPRETE

Personæ,

Lucianus
Lucianus.

Hermotimus:



Vantum e properandi studio atq; codi
ce coniectare licet Hermotime, ad præ
ceptorem contendere videris. Siquidē
meditaberis inter eundum, mortisq; la
bris tacite submurmurabas, manu huc
illuc iactata. veluti orationem apud
te in ordinem redigas. Porro quæstionem arbitror, aut
aliquid perplexum componis, aut sophisticum cōmen
tum animo repetis, vt ne via quidem ingrediens, otium
agas, sed perpetuo sis in negotio, nūq̃ non honesto stu
dio occupatus, quod ad capeſſendas disciplinas tibi ad
tū paret. HERMO. Per deos Luciane rē ipsam
narras, nam tale quiddam agitabam. Hesternam enim
disputationem, quæq; ille apud nos disseruit in animū
reuocabam, memorādo nihil prætergressus. Par est au
tem, vt arbitror, nullam occasionem intermittere, cum
haud ignoremus verū esse id, quod dixit Cōus ille me
dicus. Breuem quidem esse vitam, artem vero longam.
Quanquā hæc ille de medicandi peritiā est locutus, re
non perinde ardua ad perdiscendum. Sapientia autem
ne longo quidem temporis interuallo adiri potest, nisi
si quis post diutinas vigilias, intente, assidue, ac Gorgo
num more in eam fixis acribusq; oculis intueatur. Ad

b i

hæc

*De medicandi peritiā
ad perdiscendum*

LVCIANI HERMO.

hæc certamen illud de rebus neutiq̃ exiguis, vt miser in multa imperitorum colluue intereas, aut felicitate frui sapientiæ cognitionem assecutus. **L V.** Quæ cōmemorasti præmia Hermotime sunt admirāda. teq̃ non procul ab illis abesse censeo, si modo cōlecturam facere oportet, tum e temporis longinquitate, ex quo sapientiæ studio nauas operam, tum e labore, quē mihi non mediocrem iamdudum suscepisse uideris. Nam si recte meminī ferme uigesimus agitur annus, cum nō aliud facere te uidi, q̃ ad præceptores ire, plurimumq̃ libris incumbere, eaq̃ referre in commentarios quæ in congressibus essent disputata. semper pallidum sollicitudine, corpore insuper male affecto. Atq̃ adeo mihi totus uideris in opere, ut ne per somniū quidē aliquando temetipse relaxes. Hæc itaq̃ perpendiculari mihi, uideri non ita multo post felicitatem consecuturus, nisi fortasse nobis ignaris iam olim cū illa habes cōsuetudinē.

HER. Vndenam Luciane! qui quidem nunc primū incipio pronicare in uiam. At uirtus autore Hesiodo longissime habitat, uiaq̃ ad ipsam, tum longa est, tū procliuis, tum etiam aspera, quæ ingrediētibus haud parū sudoris suppeditat. **L V.** An tibi igitur Hermotime non est satis sudatum, & abūde confectum itineris?

HER. Non inquā, nihil enim prohiberet, si summū attigissem, quin omnibus numeris essem beatus. Verū Luciane nunc quoq̃ incipimus etiam. **L V.** Atqui principium idem ille Hesiodus dimidiū inquit esse totius, quam obrem haud aberrauerimus, si te iam mediū iter confecisse dicamus. **HER.** Nondum neq̃ hoc quidem plurimum enim nobis esset perfectum. **L V.** At qua tandē parte uitæ dicemus te consistere? **HER.** In ima radice montis adhuc, non ita pridem conantem pro

CONRA.GO.INTERPRETE.

progreſſi. Eſt autem lubrica aſperaq; neq; non opuſeſt
 qui manum porrigat. L V. Num ergo tibi præce
 ptor illud præſtare nō poteſt. exemplo Homerici Iouis,
 ſuperne e ſublimi loco aurea demiſſa cathena, puta ſuis
 rationibus, quibuſte nimirū ſubuectet, & ad ſe, ipſam
 q; uirtutem ſuſtollat, cum iamdudum illuc ipſe aſcen
 derit? HER. Id quod prædicat, ille ſedulo facit.
 Itaq; quantum ad ipſum pertinet, iam pridem ſubue
 ctus eſſem in ſublime. atq; habuiſſem cū illis ultæ cōſu
 etudinem. cæterum quantum ad me pertinet, nondum
 ſatis ſum inſtructus. L V C I A. Atqui confidenti
 dum eſt, animoq; bono eſſe oportet, cum terminū uiæ
 conſpicias, ipſamq; felicitatem præ oculis ſitam. præ
 fertim cum illi non minus animi ſit in hanc rem, q̃ tibi,
 pariq; alacritate contendat. Cæterum quid tibi ſpeſ
 oſtentat, quando tandem ſis aſcenſurus? an nouo ine
 unte anno conſicit futurum, ut ad ſummum emiceſ, pu
 ta poſt altera Myſteria; aut Panathenæa. HER.
 Exiguum eſt, quod dicis Luciane. L V. Saltem pro
 xima Olympiade. HER. Nec illud ſatis eſt, ad ex
 ercendam uirtutem, ac parandam felicitatem. L V.
 Poſt duas omnino Olympiades. alioqui magnæ iner
 tiæ uos aliquiſdamnarit, ſi ne eo quidam tempore poſ
 ſitiſ, quo liceat uel ter ab Herculis columnis tū nauiga
 re, tum re nauigare, etiam ſi quiſ neq; recta pergat, neq;
 aſſidue, ſed gentes in medio poſitas pererret. Quanquā
 ſummitatem, in qua uobis habitat uirtuſ, quanto uiſ
 ut ſingamus excelſiorem, magiſue arduam Aorno il
 la, quā Alexander intra paucos dieſ uictor expugnauiſt?
 HER. Nihil ſimile Luciane, neq; enim reſ eſt cuiuſ
 modi tu imaginare, ut pauco tempore cōfici atq; expu
 gnari poſſit, non ſi decieſ mille Alexandri oppugnent.

LVCIANI HERMO.

Quoniam non pauci sunt conati. Porro nunc quoque magna hominum multitudo aggrediuntur quidam haud instruent, proceduntque aliquantulum, hi minus, alii vero longius. At postquam ad medium vix est peruentum, multa perplexitate molestiisque inuoluti, tacido afficiuntur. ac reuertuntur anhelant, & sudore perfusi, impatientesque laboris. At vero qui ad extremum usque constanter perseverant, ii ad summum perueniunt, atque in posterum sunt felices. reliquam vitam viuunt admirabilem, ceteros mortales tanquam formicas et sublimi despicientes. LV. Papae Hermostime, quam nos declaras esse pusillos, ac ne Pygmaeorum quidem magnitudine, sed humi penitus in ipso solo reptare. Neque iniuria. Etenim sublimia tam sapientis, idque et sublimi loco. Ceterum nos vulgares, qui adhuc humi repimus, vobis una cum diis vota faciemus, utpote qui iam sitis nubes emissi, eoque euaseritis, quo iam pridem festinatis. HER. Certe si contingat peruenire, sed non parum adhuc est reliquum. LV. Attamen nondum dixisti, quam longo tempore opus sit, ut possis assequi. HER. Neque enim ipse exacte noui Luciane. Equidem conficio non plus viginti annis opus fore, post quos omnino summum attingemus fastigium. LV. Longum Hercle tempus praedicas. HER. Etenim maximis in rebus hic desudat labor. LV. Fortasse istuc vere narras. Ceterum quod ad viginti annos attinet, utrum magister ille tuus spondit tibi tantum aetatis? utpote non modo sapiens, verum etiam vates atque fatidicus? an illi, qui Caldaeorum semitas norunt? si quidem ferunt illos tallia nosse. Neque enim consentaneum est, cum nescias an tantisper sis victurus, dum virtutem assequare, laboris tantum sustinere te, & noctes diesque in miseria vitam agere, cum incertus sis, an iam summitati proximam ingru

CONRA. GO. INTERPRETE

ingruens fatum arrepto pede detrahat, antea q̄ sperato
 potlaris. HER. Aufer ista Luciane. Nam male
 ominata loqueris, uerum contingat uiuere, ut uel unā
 modo diem felicitate fruar cōsecutus sapientiā. LV.
 An pro tot innumeris laboribus una tibi satisfaciet di
 es! HER. Mihi uel unum momentum satis fue
 rit. LV. At illam felicitatem in ædito sitam, item
 quod eius gratia sint perferenda omnia, quinam scire
 potes? Siquidē ipse nondū ascendisti. HER. Præ
 ceptori narranti habeo fidem. Ille enim rem istam ha
 bet compertissimam, utpote qui iam ad summa sit eue
 ctus. LV. Obsecro te per deos, cuiusmodi illas res
 esse cōmemorauit, aut qualem illic esse felicitatem præ
 dicat, mirum nī diuitias quasdam, gloriam, uoluptates,
 quibus nulla queat fieri accessio. HER. Bona uer
 ba quæso amice, hæc enim nullius momenti sunt ad ui
 tam cum uirtute degendam. LV. At quæ nā bo
 na, si hæc bona non sunt narrat habituros qui ad metā
 studiū peruenerint. HER. Sapientiam, fortitudi
 nem, honestum ipsum, ac iustum, adde rerum omnium
 cognitionē, cū firma fide sic res singulas habere. Opes
 uero gloriam, uoluptates, & quæcūq; corporis sunt, ea
 omnia humi reliquit, ascenditq; exutus, quemadmodū
 ferunt Herculem Oetæum post rogum, in deorum nu
 merum esse acceptū. Etenim ille postq̄ abiecisset, quicū
 quid humanæ imbecillitatis a matre contractum habu
 it, puram ac nullo fato obnoxiam diuinitatem, iamq;
 per ignem probatam ferēs, subuolauit ad deos. In hūc
 modum & isti a philosophia tanq̄ ab igne omnibus iis
 rebus perpurcati, quæ cæteris perperam iudicantibus
 dignæ uidentur admiratione, postq̄ ascenderunt, uitam
 felicem agunt, diuitiarum, gloriæ & uoluptatū porro
 imme

LVCIANI HERMO.

Immemores. Illos autem derident, qui ista omnino alii
 quid esse arbitrantur. L V. Ita me bene amet Her-
 cules ille Oetæus, ut præclara & beata sunt, quæ de illis
 commemoras. Cæterum illud quoque mihi dicto, num
 quando se demittunt ex illa sublimitate, si rebus humi
 relictis uoluerint frui? an necesse est eos, qui semel ascē
 derunt, manere intra uirtutis contubernium receptos,
 diuitiis, gloriaque simul cum uoluptate contemptis?
 HER. Neque istuc modo Luciane, uerum etiam qui
 ad perfectionem uirtutis peruenit, neque irascitur, neque
 formidat, neque cupiditati inseruit, neque tristitia angitur.
 Breuiter ab huiusmodi affectionibus plane est alie-
 nus. L V. Atqui si liceret mihi palam uerum dice-
 re, sed arbitror satius esse bene ominata loqui, ac reli-
 gionem esse, inquirere in facta Philosophorum. HER.
 Haudquaquam. Imo perge dicere quod occepisti. L V.
 Vide quid agas. quoniam me admodum pudet. HER.
 At mitte pudorem o præclare, cum apud me solum lo-
 quaris. L V. Cæteris quidem in rebus Hermotia
 me narrantem affectabar, credidi que sic esse, ut sapientes
 ipsi flerent fortes iusti, & in reliquis uirtutibus ad eun-
 dem modum, & aliquo pacto tua me demulsit oratio.
 At cum diceres eos diuitias, honores, uoluptatem con-
 temnere, neque ira concitari, neque dolore affici, ibi, sumus
 enim soli, maiorem in modum substiti, reuocatis in me-
 moriam, quæ non ita pridem uidi facere, uis dicam quæ?
 an sat erit sine auctoris nomine factum ipsum recedere?
 HER. Nequaquam, imo & illud dicto quisnam fu-
 erit autor. L V. Præceptor ille ipse tuus, homo tū
 ob cætera uenerandus, cum maxime ob ætatem, cuius
 ipse iam extremum attigit. HER. Quid tandem
 is fecit? L V. Peregrinum illum nosti, illum in qua
 Hæra

CONRA. GO. INTERPRETE

Heraclea oriundum, qui iamdudum cum eo sapientiæ studio operâ nauat, atq; illo utitur præceptore, illū flā uū dico, atq; contentiosum? HER. Scio quē dicas, Dioni ipsi est nomen. LV. Illum ipsum. Quoniam uti consilio mercedem ad conditū diem non persolue rat, nuper ad prætorem rapuit, ueste in collum eius iniecta, præterea uociferabatur irat⁹. Et ni familiares qui dam intercessissent, qui adolescentem e manibus eripu erunt, ne dubites, quin admotus senex illi nasum mor dicus abripuisset, usq; adeo destomachabatur. HER. Enimuero ille semper tum malus est Luciane, tum per fidus est in restituendo. quandoquidem in alios, cum plurimi sint, quibus ipse fœnerat, nihil unq̃ tale desig naut. Nam statuto tempore usuram soluunt. LV. Quid autem? num illi ea res est curæ, si non soluant, cū tam a sapientia sit repurgatus, neq; posthac indigeat ex uultis in Oeta relictis? HER. Tu uero existimas eum sua ipsius causa harum rerum studio ducti, uerum sunt illi filii infantes, quorum curam gerit, ne in rerum inopia uitam agant. LV. Conueniebat Hermotimē & illos ad uirtutē educari, ut contēptis diuitiis una cū illo felicitate si uerētur. HER. Haud est mihi otīū his de rebus tecū differēdi. Siquidē propere sã ad audiēdū ipsum, ne uidear oīno esse desertor. LV. Bono animo es præclare, hodie enī feriæ indictæ sunt, atq; induciæ, quāobré qđ reliquū est uitæ, id tibi adimo. HER. Qui istuc? LV. Quoniā in p̃sentia haud uidebiseū, modo sit habēda fides inscriptiōi. Tabella enī grādibus deplē ta literis, in uestibulo erat suspēsa, q̃ diceret, hodie uaca turū illū a philosophādi munere. Dicebat aut apud Eu critē natalia filia celebrātē, nimia cæna igurgitasse sehe sterna die, multaꝝ de philosophia differuisse in cōuiuio

Præ

LVCIANI HERMO.

Præterea contra Euthydemū peripateticum exacerbatus fuisse nōnihil, cūq; eo cōtendisse de iis rebus, de quibus Stoicæ turbæ cum Peripateticis consuevit esse cōtradictio, ob eamq; uociferationem grauius e capite laborare, adhæc plurimum sudasse, in multam noctem ut ferunt productō cōuiuitō. Simul autem plus satis bibit, ut æstimo, iis qui aderant (ut consentaneum est) ad pocula inuitantibus, uorauitq; plus q̄ par fuit, hominē ætate confectum. Itaq; reuersus illinc dicitur multum uomisse, ac solum carnibus, quas puero a tergo stanti diligēter obsignatas tradiderat, eodem numero receptis, deinde fuisse cubitum, interdīto ne quisq; intro admittatur, interposito. Hæc ego Midam eius puerum narrantem audiui quibusdā discipulis, qui magno numero illinc abierunt. HER. At uter uicit tandē Luciane, magister ne an Euthydemus? si quid tale dixit etiā Midas. L. V. Principio aiunt eos æquo Marte inter se decertasse. Porro finis pugnæ a re uestra fuit, ac senex portiores habebat. Neq; uero Euthydemū ferunt sine sanguine discessisse. Nam luculentum uulnus in capite habere. Siquidem cum arrogans esset atq; obstrepens, neq; ad credēdum induci uellet, neq; facile se reprehendendum præberet, tuus ille egregius præceptor poculum quoddam Nestoreum, quod manu tenebat, proxime sedenti impegit, atq; in hunc modum uictor euasit. HER. O factū bene, neq; enim alio modo excipere oportuit, qui recusant parere mellioribus. L. V. Hæc quidē illi iure euenerunt. Quid enim accidit Euthydemo ut irritarit uirum natu grandem, sedato animo, & iracundiæ uictorem, quiq; poculum tanto pondere manu contineret? Verum quoniam suppetit oclū, quin commemoras mihi hominē tibi amico, quo nam modo.

CONRA.GO.INTERPRETE.

modo primum impulsus fueris ad sapientiæ studium amplectendum: quo & ego si fieri possit, eandem semitam uobiscum ingrediar, posthac statim facto initio, neque enim excludetis me scilicet, cum sitis amici. HER. Si modo uelis Luciane, senties breui quantum a cæteris differes. Infantes scito existimabis præ te uniuersos, adeo ipse sapientia antecelles. L V. Sat erit si uel post uigesimalium annum qualis tu nunc es, talis euasero. HER. Profecto & ipse tua ætate incepti philosophiæ operam dare, ferme quadragenarius, cuius ætatis te quoque nunc esse arbitror. L V. Tot annos natus sum Hermotime, itaque abreptum in eandem uiam me quoque abducito, æquum enim postulo. Atque illud mihi primum responde, utrum discipulis faciatis contradicendi potestatem, si quid uideatur non recte dici: an illud non perimititis natu minoribus? HER. Non ita multum sane, uerum tu si quid uideatur interim interroga, & contradicito. facilius enim hac uia didiceris. L V. Euge per Hermem id est Mercurium, cui tu es cognominis Hermotime. Cæterum dic mihi. Est ne unica uia quæ ducit ad sapientiam, uestra ista Stoicorum: an ego uera audiui multa esse philosophorum genera? HER. Admodum multa. Sunt enim Peripatetici, sunt Epicurei, sunt qui a Platone nomen habent. Rursum sunt alii quidam Diogenis, alii Antisthenis æmulatores, adde Pythagoricos atque alios complures. L V. Vere ista narras, sunt enim non pauci. Iam uero Hermotime, utrum hi eadem docent, an diuersa? HER. Diuersa admodum, L V. At ueritas ipsa, ut opinor, omnino unum quiddam est apud ipsos, neque omnia sunt controuersa. HER. Scilicet omnino. L V. Perge porro amice, responde mihi. Cum tibi ad philosophos eunti com

LVCIANI HERMO.

plures ianuæ pateret, qua ratione tibi persuasum est, ut præteritis aliis in Stoicorū pueneris, uoluerisq; per eā ad uirtutē ingredi, utpote q̄ sola uera esset, solaq; rectā uiam indicaret? Porro cum aliæ in obscura ac deuia abducerent, quibus indicitis illud depræhendiſſi? Neq; mihi qualis nunc es, talem te cogita, siue semisapientem, siue iam eo sapientiæ progressum, ut quæ meliora sint, plus nobis multis distudicare possis. Sed sic mihi responde, cuiusmodi tum eras, rudis adhuc, qualisq; nunc sum ego. HER. Haud intelligo, quid sibi uelit ista perſcunctatio. LV. Atqui non adeo intricatū est, quod rogabam. Cum enim plurimi sint philosophi, nempe Plato, Aristoteles, Antisthenes, itē maiores uestri Chrysippus & Zeno, & quotquot sunt alii, qua re tibi persuasum est, ut ex omnibus unam Stoicorum rationem secutus, quam relictis aliis delegisti, uolueris iuxta decreta illius philosophari? Num te quemadmodum Chærephontem illum ad Stoicos Apollo legauit, illos omnium præstantissimos esse pronuncians? quandoquidem moris est illi, alium ad aliud philosophiæ genus adhortari, cum sciat, uti ego censeo, quæ singulis sit accommodatior disciplina. HER. Nihil minus, neq; enim de his rebus deum sum percunctatus. LV. Vtrum quod illud indignum duceres diuina consultatione, an existimabas tua industria sine subsidio diuino posse te meliora deligere? HER. Profecto existimabā. LV. Ergo & nos illud primum doceas, quo pacto nobis discernendum statim in ipso exordio, quæ sit optima disciplina, quæ uera, & quæ præteritis aliis sit deligenda. HER. Dicam. Intuebar plurimos ad hanc irruētes, itaq; coniectura collegi, esse præstantiorē. LV. Quot numero pluresq; ad Epicureos, aut Platonicos, aut Peripateticos

ripa

CONRAGOINTERPRETE.

ripatericos. Numerasti enim eos nimirū, quēadmodum solet fieri in expēdendis suffragiis. HER. Ego uero nō numerauī, sed cōiiciebā, L V. Haud uis me docere, uerū fallis, ut qui de huiusmodi rebus aut cōiectura, aut multitudinem te dicas iudicasse, ueritatē mihi narrare subterfugiēs. HER. Nō hoc solū Luciane, uerū etiā audiebā omnes uno ore clamitare, Epicureos genio indulgere, ac uolupratis esse amatores. Peripatericos auīdos diuul- 3 de fin. viii p. 100
3 de phor.
tarū & cōtentiosos. Platonicos tumidos atq; fastuosos præterea gloriæ cupidos. Ediuerso Stoicos multo maxima pars narrabāt esse animo uirili, omniaq; nosse, tū qui hāc uia ingressus sit, hunc solum regem, solum diuitem, solum sapientē, solum simul esse omnia. L V. At hæc alii tibi narrabāt scilicet, nō enim illis fidē habuisses, laude sese efferentibus. HER. Nequaquā, uerū alii narrabāt. L V. Qui quidē erāt diuersæ factionis, utpote quib⁹ alia decreta in philosophia probarētur, eos nō est uerisimile ista narrasse. HER. Nullo modo. L V. Nū ergo imperiti & rudes erāt, qui hæc dicerēt? HER. Maxime. L V. Istud uide ut mihi rursūm iponis, neq; uera p̄dicas, ac putas cū Margite quoptā differere te, ut credā Hermotimū utrū prudentē, atq; id tēporis ānos natū quadraginta, de philosophia ac philosophis fidē adhibuisse imperitæ multitudini, atq; ex uulgi sermone melioris boni delectum egisse. Haud credidero tibi isthæc narranti. HER. At scin Luciane? Non aliis solū habui fidē, sed etiā mihi metipsi. uidebā illos moderate incedētes, frugaliter indutos, semper meditabūdos, uirili aspectu, cōplures p̄missa cæsarie, nihil molle, rursū nihil in negligentia plapsum, ut horridū esset & reuera Cynicū, sed medio cultu, quod iā omnes aiunt esse optimum. L V. Nū tu quoq; uidiisti eos illa designare,

LVCIANI HERMO.

quæ paulo prius retuli uidisse me tuum præceptorem
 cōmisisse, puta scenerare, acerbè reposcere, & magnis cō-
 tentionibus decertare in hominum frequentia & quicquid
 quid præterea designant, an tu hæc parui pendis, modo
 frugalis sit habitus. proluxa barba, & coma tonsoris
 indigens? Proinde hæc nobis in posterum fuerit regula,
 & recta amussis, ad quam, num tales sint expendamus.
 quemadmodum ait Hermotimus, atque a cultu, incessu,
 neque non coma iudicandū, qui inter eos sint optimi. qui
 bus qui caret, neque uultu est tristi, neque personam præ se
 fert cogitabundam, reprobandus atque abiiciendus. Verum
 illud uide Hermotime ne mihi illudas, periculum
 facturum num intelligam me abs te decipi. HER.
 Cur istuc ais? LV. Quoniam o præclare ca exploratio,
 quæ est ab habitu, cultusque ornatu proprie est ita-
 tuarum. Illæ enim sunt cultiores longo interuallo, ac ha-
 bitu moderatiori, a Phidia quopiam, aut Alcamene, aut
 Myrone in optimam formam effigiatæ. Quod si ma-
 xime ex huiusmodi rebus sumendum est iudiciū, quid
 illi usuueniet, si quispiam orbarus oculis affectet philo-
 sophari, quibus signis diiudicabit eum, qui meliorem
 sectam delegerit, cum neque habitum, neque incessum dispi-
 cere possit? HER. Equidem non facio uerba cæ-
 cis, neque talium gero curam. LV. Operæ precii fuit
 uir optime, rerum usque adeo magnarum, quæque uni-
 uersis essent utilitatem allaturæ, cōmune aliquod esse
 indicium. Verum si ita uis, qui oculis capti sunt, intra
 Philosophiæ ambitum non admittantur, eo quod ne-
 queunt dispicere, quanquā necessariū erat illos uel ma-
 xime philosophiam sectari, quo calamitatē æquiori to-
 lerent animo. Cæterum qui uident, & si oculis sint per-
 spicacissimi, qui sit ut ab illo extrinseco ornatu, etiam

CONRA. GO. INTERPRETE

ea uidere possint, quæ intus recondita sunt in pectore? Quod autem uolo dicere est huiusmodi, An non amore scientiæ incitatus accessisti homines, & postulabas in his quæ ad animum pertinet fieri præstantior? HER. Maxime. LV. Quo pacto igitur ab iis indiciis, quæ cōmemorasti, dispicere poteras recte philosophantem, an secus? Neq; enim talia in hunc modum consueuerūt cognosci, sed sunt arcana, atq; in abdito reposita, quæq; sermone, familiaritate, & similibus rebus uix tandē proferantur. Audiſti opinor quæ Momus in Vulcano re præhenderit. Sin minus, uel nūc audi. Fabula enim narrat, Mineruam Neptunū, Vulcanumq; de artificii præstātia inter se cōtendisse, Neprunū finxisse taurū quēdā, Mineruam domum excogitasse. Porro Vulcanus hominem condidit. Et postq̃ ad Momum uentum fuerat, quē delegerunt arbitrum. is, perspectis singulorum operibus, quæ in cæteris reprobauerit, superuacaneum fuerit recensere. In homine illud causabatur, artificemq; inculauit Vulcanum, quod ipsi in pectore non fecisset fenestras, ut illis apertis, quæ uelit, quæ cogitet, quæ effingat, rursū q̃ uera dicat, nota essent omnibus. Ille ergo ueluti cæcutiens sic de hoībus existimauit. Tu uero ipsum etiam Lynceum acumine oculorum superas, & ea, quæ intus sunt, ut uidetur, per pect⁹ intueris, tibiq; aperta sunt omnia, ut non solum exploratum habeas, quid singuli uolunt, & norunt. Verū etiam uter melior uter ue deterior. HER. Irrides Luciane. At ego propitio deo egi delectum, neq; poenitet instituti, idq; quantū ad me pertinet mihi abunde est satis. LV. Verum tamen an non mihi quoq; communicabis, sed despicias me multo in luto hæsitātem. HER. Nihil enim tibi sufficit eorum quæ dico. LV. Nequaquam o
præ

LVCIANI HERMO.

præclare, imo nihil uis proferre, quod sufficere possit. Proinde quoniã tu data opera cælas, ac nobis inuides, quo minus tecum ex æquo philosophiæ demus operã, ego conabor pro uiribus per menetipsum exactam de his rebus iudicãdi rationem, & eam sectam quæ sit uel maxime segura, inuestigare. Tu quoq; si uidetur aduersus te animum. HER. Percupio Luciane. Fortasse alii quid dignũ cognitu es dicturus. LV Considera iã, ac caue ne me rideas, si omnino ruditer illud inquiro. Necessè est enim sic facere, quando tu grauaris apertius loqui, qui nostri meliora. Ipsa igitur uirtus talis quædã res esto, qualis res publica quædã, cuius ciues sint beati, ut præceptor tuus diceret, illinc ad nos demissus, summam sapientiã adepti, fortes omnes, iusti, tẽperati, quiq; a diis non longo interuallo relinquantur. Porro qualia apud nos pleraq; fiunt, ut furentur, iniuria afficiant, superare cõtendant, neminẽ in illa ciuitate uideas, qui audeat, uerum in pace & concordia rempublicam administrant, & iure quidem optimo. Nam quæ in aliis ciuitatibus, ut opinor, seditiones & dissidia excitant, & quarũ rerum gratia alter alteri insidiatur, hæc omnino procul ab illis absunt, neq; enim aurũ, neq; uoluptates, neq; honores reliquos fecerũt, de qbus illis esset cõcertatio, sed iã olim e ciuitate elecere, arbitrati nõ esse necessaria rei publicæ administrandæ. Itaq; uitam degunt tranquillã & modis omnibus beatam, in summa legũ obseruatia, æquabilitate, libertate, ac bonis cæteris. HER. Quid igitur Luciane an non operæ prædium omnes desiderare, ut in tali republica ciues fiant: neq; reputare quid laboris ferendum sit in uia, neq; temporis diuturnitate fatigari, si modo futurum sit, ut cum illuc peruenerint asseribantur in ciuitatẽ, & municipes rei publicæ fiãt?

Lu

CONRA. GO. INTERPRETE

L V. Per Iouem Hermotime, omnium maximo in id incumbendum est studio . Reliqua uero sunt negligenda , neq; magnopere huius patriæ si retineat ducenda ratio , neq; filiorum , neq; parentum , si remorentur, neq; lachrymantibus illachrymandum. uerum illos etiam conuenit q̄ maxime ad hanc uiam adhortari . Quod si recusent, aut non queāt, excussis illis recta ad hanc felicitatis urbem proficiscendum . etiam reiecto uestimento , si illo compræhensum detineant, illuc imperu euadendū . Non enim formidandū est, ne quis te illinc excludat, si uel nudus adueneris . Nam antehac etiam alias quendam uirum audiui narrantem, quo modo illic se res habeāt, seq̄ ut comitarer hortabatur . Ducem enim fore te, & simulatq; illuc esset peruentum, me inscripturum, & facturum ut ciuis fierem , suamq; tribum se communicaturum mihi, ut cum omnibus felicitate fruerer . Sed non obtemperaui ob amentiam, & inscitiam adolescentiæ ante annos ferme quindecim . forasse enim iam ad ipsa suburbia, ac portas peruenissem . Atq; ille cum alia multa de ciuitate, tum hæc in primis narrauit si recte memini . Neminem illic esse indignā, sed aduenas & inquilinos omnes. quinetiam haud paucos barbaros, seruos, deformes, pusillos ac inopesciues esse . Breuiter quicunq; uelit, cum fieri municipem in ea republica . Legē enim illis esse, ne quis ob cēsum, aut habitum , aut magnitudinem , aut formam, aut genus, aut maiorum nobilitatem in ordinem ciuitum referatur. uerum hæc apud illos pro nihilo duci . Sufficere enim unicuiq; ad id ut ciuis fiat, prudentiā, desiderii rerum honestarū: laborē: asperitatē uitæ: tū constantiā ne difficultatib⁹ & aduersis in itinere mācipetur: aut uinatur . Nā illa quicūq; præ se tulerit: perruperitq; profect⁹ usq;

vsq; ad summam ciuitatem, illico ciuem fieri, qualisqua-
 lis fuerit, & æqualem omnibus. At meliorem, deteriore
 illustriori patria natum, ignobiliorem, aut seruum, aut
 ingenuū in ciuitate, neq; omnino esse, neq; nominari.
 HER. Viden Luciane me neq; frustra, neq; exiguis
 de rebus laborare, qui cupiā ciuis tam præclaræ & for-
 tunatæ ciuitatis fieri? LV. Enimuero Hermotime
 habes me tibi riualet, neq; est quicquā aliud, quod mi-
 hi præ illis optarem contingere. Proinde si in proximo
 esset ciuitas, & omnibus conspicua, iam olim mihi cre-
 de nihil cunctatus illuc ipse adissem, atq; iam pridē fa-
 ctus essem ciuis. Verum quoniam ut uos dicitis, & tu,
 & Hesiodus poeta, plurimū abest, necessarium est inue-
 stigare, quæ uia illuc deducat. Præterea qui dux sit præ-
 stantissimus. An tu non arbitrare sic esse faciendum?
 HER. Maxime, nam quo nam alio modo quis illuc
 peruenerit. LV. Eorum ergo qui se tibi dicant sci-
 re, spondeantq; fore ductores, ingens est copia. Cōplu-
 res enim parati adsunt indigenæ, quorum nemō nō se
 illinc esse inquit. Atqui uia non una & eadem esse uide-
 tur, sed multæ ac uariæ, quibus inter ipsas nihil conue-
 niat. Hæc enim in occasum, alia ad auroram ducere ul-
 detur. Porro hæc ad septentrionem, rursus alia ad me-
 ridiem. Præterea hæc per prata, per arboribus consita
 loca, ac umbras, aquis copiosa, atq; amæna, nihil asperi-
 tatis, aut difficulter peruium habens. At altera petrifo-
 sa, difficilis, multum solem, sitim, ac laborem præ se fe-
 rens. Et tamen harum singulæ, quamuis in contrarios
 tendant exitus, ad unam illam ciuitatem ducere dicun-
 tur. Hinc mihi iam omnis oritur dubitatio & perplexi-
 tas. Nam ad quæcūq; earum accessero, homo ad intro-
 itum semitæ cuiusq; astans statim in ipso uestibulo fide
 dignus

CONRA.GO.INTERPRETE.

dignus, porrecta manu suadet in suam uiam diuertere, singulis sese uiam rectam callere prædicantibus, cæteros uero aberrare, cum neq; ipsi peruenerint, neq; eos, qui perducere potuerint, sint sectari. Quod si uicinū illius proximum adiero, de eadem uia eadē is pollicetur, alioq; ultuperat. Idem facit huic proximus, idem ex ordine singuli. Tum itaq; & multitudo uitarum, earumq; diuersitas, haud mediocriter me perturbat, animiq; anticipem facit, ac potissimum duces ipsi supra modum contentiosi, & singuli sua laudantes. Haud enim noui quouertam, aut quem potius secutus, ad ciuitatem perueniam. HER. At ego te ista dubitatione liberabo. Stenim fidem habeas illis, qui priores iter permessi sunt, haud aberraueris. LV. Quos dicis? aut cuiusmodi uiam ingressos? aut quem ducem secutos? Rursus enim nobis eadem difficultas, sed alia specie occurrit, a rebus ad homines digredientibus. HER. Quonam modo istud ais? LV. Quoniam hic quidem cum Platonis uiam sit ingressus, atq; cum illo iter fecerit, eam nimis mirum præfert. Alius Epicuri, alius item altam: porro tu uestram. An non sic res habet Hermotime? HER. Haud aliter. LV. Non igitur me dubitatione liberasti, uerum adhuc æque ac prius ignoro, cui uiatorum sit potius habenda fides. Nam uideo unumquemq; eorum & ipsummet, & ductorem unius modo expertum esse uiaē, eamq; efferentem laudibus, & quod hæc sola ad ciuitatem ducat prædicantem, nec dispicere queo an uera dicat. Cæterum quod ad aliquam finem peruenierit, ac urbem quandā uiderit, fortasse non negaro. uerū quod illam uiderit, quam oportuit, sub cuius legibus degere optamus utq;, haud queo affirmare. Nā si quis cupiat Corinthum adire, & profectus Babylonē, credat

d i sese

LVCIANI HERMO:

sefe uidisse Corinthum, mihi certe nondū constat, quandoquidem nō protinus Corinthum uidit, qui omnino aliquam urbem uidit, si quidē nō sola Corinthus urbs est. Porro quod in maximam dubitationem me conuict, illud est, quod compertum habeam, necessario fieri, ut tantum unica uera sit uia. Etenim Corinthus ipsa unica, aliæ uero quouis potius, quam Corinthum abducunt, nisi quis usq̃ adeo mente deliret, ut arbitretur illā etiam quæ ad Hyperboreos ducat in Corinthum transmittere. HER. Qui istuc fieri possit Luciane? alia enim alio ducit. LV. Igitur o præclare Hermotime, haud modica opus est consultatione ad electionem tum ducum, tum semitarum. Neq̃ enim illud committimus, quod prouerbio dicitur, ut quocunq̃ ferant pedes, illuc abeamus, quandoquidem hoc pacto loco ei⁹, quæ Corinthum ducit, Babylonicam aut Bactrianam ignari ingredere mur. Ac ne illud quidem recte fuerit, fortunæ nos permittere, tanq̃ fortuito optinam adepturos, etiam si citra iudicium ad unam aliquam, quæcunq̃ ea sit feramur. Siquidem potest & illud accidere, & fortasse longo æui tractu semel usuuenit. uerū haud arbitror conuenire, nos de rebus usq̃ adeo magnis, temere & inconsulto lactare aleam. Neq̃ nimis in angustum cogendam esse spem, ut uelimus iuxta prouerbium, uisgulto Aegæum aut Ionium mare navigare. quoniam in iuria accusaremus fortunam, si emissio saculo aut sagittæ, non omnino uerum contingat, cum unum sit inter falsa innumera. Id quod ne Homérico quidem sagittario Teucro optinor datum fuit, qui cum ferocia esset columba, telo funem secuit. Atqui illud lōge magis rationi est consentaneum, sperare ut q̃ plurima uulneretur, & in telum incidat, q̃ omnino illud unum ex omnibus.

As

CONRAGO INTERPRETE.

At uero quoniā periculū est ingens, si prorecta uia in de
uiū aliquod ignari incidamus, sperātes melius fortunā
nobis cōsulturā, temerarium esse arbitror, neq; enim re
gredi aut incolumē euadere facile est, simulatq; solutis
retinaculis semel se quispiā nauigio crediderit, uerū ne
cesse habet, pelago factari, differriq; nauseare nōnūq; ad
hæc trepidare. Præterea grauedine capitis ob tactationē
infestari, cū debuerit iā inde ab initio priusq; e portu sol
ueret, cōscenso æditto loco speculari, an idoneus esset uē
tus, secūsusq; Corinthū appellere uolētibus. Ac p Iouē
gubernatorē aliquē optimū deligere, pterea nauim soli
dā & bene cōpactā, quæ tātis par sit fluctibus sustinen
dis. H. E. R. Illud profecto lōge præstiterit Luciane, ue
rū equidē cōpertū habeo, etiā si ad omnes in ordinē ob
ambules. Haud alios inuenturū te aut duces præstatio
res, aut gubernatores, quibus maior sit experiētia, q̄ Sto
icos. Quod si uoles aliquādo tandē Corinthū trāsmitte
re, illos sectaberis. Chrysippi & Zenonis uestigia ingres
sus, alioqui id tibi cōtingere nō potest. L. V. Viden Her
motime uulgare esse, quod dicis! Idem enim diceret, qui
Platonē comitatur. Idē qui Epicurū sequitur, idē aliorū
æmulatores singuli, nisi cum ipsis Corinthū nō esse me
peruenturū. Itaq; aut oībus ex æquo credēdū, quod uel
maxime fuerit ridiculū, aut similiter oīb⁹ deroganda fi
des, id qđ multo fuerit tutius tārisper, dū inuenerim⁹ si
lū, q uera polliceat. Nā age, si, quēadmodū nūc affect⁹
sum, incert⁹ adhuc qs uera p̄dicet, uestigia eligā, a te per
suasus hoīe qdē beneuolo, sed tamē q̄ tātū Stoīcorū dō
gmata noris, atq; hāc unā uia ingressus sis, deinde deorū
quispiā Platonē, Pythagorā, Aristotelē ac reliquos in ui
tā reuocet, atq; illi me circūstātes rogēt, imo Hercule in
ius rapiāt, & iniuriæ me pro se quisq; reū agant dicētes,

LVCIANI HERMO.

Quid tibi accidit Luciane, aut quo impulsore nobis Chrysippum Zenonemque prætulisti, cum multo simus uetustiores, illi uero heri ac nuper extiterint, cum neque nobiscum sermonem communicaueris, & eorum, quæ nos asserimus, prorsum sis inexpertus. Si ista narrarent, quid nam responderem illis? Num sat erit, si dicam me Hermotimo homini amico credidisse? At scio eos hoc dicturos. Nos ignoramus quisnam iste sit Hermotim⁹, neque ille nos nouit, quamobrem haud oportuit omnes floccifacere, & contra nos deserta causa pronunciare, cum fidē habeas homini unicā modo familiā in philosophia neque fortasse exactius cognoscenti. Profecto legulatores Luciane uetant id facere iudices, ut altero audito, alteri non faciant pro se respondendi facultatem, si qua cognorit in rem suam esse. sed iubent utranque audire partem, quo inter se collatis rationibus, procluius sit & uerum & falsum inuenire, atque nisi ita fecerint, permittit lex ad alium prouocare iudicē. Verisimile est talia eos esse dicturos, aut fortasse eorum quispiam me præterea interrogarit. Dic mihi Luciane inquit, si quis Aethiops, qui nunc alios homines uidet, cuiusmodi nos sumus, eo quod omnino nunquā fuerit peregre profectus, in conclone aliqua Aethiopum asseueret, atque contendat, homines nunc gētium aut albos aut flauos inueniri, sed esse atro colore omnes, num putas eius orationē apud illos posse capere fidem, si quis grādīs natu Aethiops in hūc modum respondeat. Tu uero homo hominū confidentissimē me, qui ista nosti? neque enim ullo unquā tempore a nobis uspiam es peregrinatus, neque tibi compertum est, cuiusmodi sint, quæ sunt apud cæteras gentes. Equidem asfirmarem senem istum iusta rogare, an non Hermotime idem tibi uidetur? HER Sane, iure enim optimo mihi

CONRA. GO. INTERPRETE

mihi indignari uidetur. L V. Et mihi Hermotime,
 uerum in cæteris haud scio an tibi idem, quod mihi ui
 debitur. Etenim illud mihi persuadeo. HER. Quidnā?
 L V Urgebit uidelicet homo, & his mecum uerbis aget,
 Conferatur igitur Luciane quispiam cui tantum Stoic
 orum nota sint decreta, cuiusmodi est tuus amicus iste
 Hermotimus, qui nunquam aliubi sit diuersatus neque apud
 Platonem, neque Epicurum, in summa apud neminem alio
 rum. Si igitur dicat, nihil æque præclarum esse, & ueris
 sati consonum, apud multos, ut sunt in Stoa, & quæ illa
 docet, an non iure optimo tibi temerarius ac confidens
 esse uideatur, de singulis pronūciās, præsertim cum unum
 tantum norit, nunquam altero pede ex Aethiopia elato?
 Quid me uis illi respondere? Illud nimirum, quod est ueris
 sissimum. Nos quæ Stoicorum sunt, magno studio edi
 scere, utpote quibus illis de rebus uisum est philosopha
 ri. Neque tamen aliorum dictata ignorare. Magistrum ca
 nim nobis hæc obiter inter docendum explicare, qui ea
 proposita confutat, atque evertit. An hoc loco putas tact
 uros esse Platonem, Pythagoram, Epicurum ac reliquos,
 ac non potius sublato cachinno mihi responsuros? Quæ
 absurda sunt quæ facit tuus iste amicus Hermotimus.
 Haud grauatur aduersariis nostris fidem habere de no
 bis, censetque nostra esse talia, cuiusmodi isti dixerint aut
 ignari, aut certe occultantes ueritatem. Num igitur si
 quem etiam uiderit gladiatorem, sub tempus certami
 nis sese exercentem, calcibus in aera iactatis, & pugno
 inani ictu illato, uidelicet sic ferientem aduersarium, ille
 lico pronūciabit ueluti inuictum, si sit munerarius, an illa
 censebit haud magni negotii esse, & citra periculum tu
 ueniles quasdam ostentationes, nemine illi repugnante.
 Ac tum demum de uictoria pronuntiandum esse, cum col
 lucta

LVCIANI HERMO.

In status aduersariū superarit, alter autem succūbat. Ali
 oqui minime. Proinde neq; Hermotimus, in quibus re-
 bus magistri eius umbratilē aduersum nos absentes ci-
 ent pugnā, existimet illos uincere, aut nostra huiusmo-
 di esse, quæ facile subuerri possint. Nam illud simile ef-
 set puerorū ædicolis, quas imbecilles extructas statim
 euerunt. Aut per Iouem iis, qui sagittandi artem medi-
 tantur, qui sarmenta quædā colligata in palo affigunt,
 quo non procul collocato, deinde emissō telo iaculan-
 tur. Et si quando collimauerint, & transfixerint uirguli-
 ta, protinus exclamant, tanq̃ ingens fecerint operæ pre-
 ciū, si telū illis per sarmenta uolarit. At uero neq; Persæ
 sic faciunt, neq; Scythæ, qui arte sagittadi ualent. Verū
 primū illi fere agitant, sagittas ex equis emittunt, postea
 uero etiam illa, quæ ferunt agitari uolunt, neq; immo-
 ra expectare telum donec inciderit, sed cursitantia q̃ ma-
 xime possunt. Siquidem feras nō raro telis petunt. Plæ-
 riq; etiam uolucres assequuntur. Quod si quando pro-
 posito scopo fortitudinis sit faciendum periculum, ta-
 bulatum quoddā ex aduerso positū, aut scutum e cru-
 do cortio transfigūt, atq; hoc pacto credūt, per armaturā
 etiam sua tela posse penetrare. Quocirca Lucianē a no-
 bis renuncia Hermotimo, magistros eius sarmentis, sti-
 pulisq; propositis iaculari, deinde prædicare, sese arma-
 tos uiros uicisse. Præterea imagines nostras pingere, at-
 q; aduersum illas pugnis decertare, quibus ut est cōsens-
 taneū expugnatis, putant se nos superare. Verū dixeris-
 mus illis unusquisq; nostrū, q̃ Achilles dixit de Hectore
 Aspectum galeæ nec enim audent cernere nostræ.
 Hæc profecto dicerent sigillatim singuli. Plato uero,
 utpote cæteris experietior, mihi quidem uidetur etiā e
 Sicilla aliquid narratur. Ferūt Gelsonē Siracusanū gra-
 ueolen

CONRA. GO. INTERPRETE

uolentia oris laborasse, idq; diu latuisse eum, nemine ty-
 rannū hominē arguere auso, donec peregrina quædam
 qui cū illi dissidiū erat, ausa est illi uera dicere. Hūc ad
 uxorem suā reuersum ardentē iracuudia, quod ab ea nō
 esset admonitus, quæ uel maxime uictum oris haberet
 notū. Illā uero deprecata fuisse culpā. Nam cū nullū
 aliū experta esset uirū, neq; propius ulli cōiūcta, putasse
 omniū ora utrorū similem halitū emittete. Proinde &
 Hermotimus, ut qui cū solis Stoicis uitæ cōsuetudinē
 habuit, diceret Plato, iure ignorat, qualia sint aliorū ora
 Eadē Chrysippus diceret, aut etiā his plura, si senō pen-
 sculato, ad Platonis me decreta reciperē, ab uno aliquo
 e Platonis familia induct⁹. Vt igit̃ unica oratiōe oia cō-
 plectar, affirmo, quousq; nō cōstitit, q̃ secta in philoso-
 phia sit potior, nullā oīno esse amplectēdā. nāq; illud cō-
 tumelia fuerit in reliquos. HER. Per penates obsecro
 te: Luciane, Platonē, Aristotē, Epicurū atq; alios q̃sce-
 re sinam⁹, neq; enī mearū est utriū, cū illis certamine cō-
 tēdere. Vex ego & tu apud nosmetipsos p̃pēdam⁹, an ta-
 lis qdā res sit philosophādi puincta, cuiusmodi ego as-
 seuero. Cæterū Aethiopes, aut Gelontis uxore quorsū p̃-
 tinebat Siracussis ad hāc disputatiōē accersere. LV. At
 illi quidē hinc facebant, si tibi uidētur ad sermonē hunc
 supuacanei. Tu autē iā dicto. *Siquidē uideris aliqd̃ p̃cla-
 ri dictū⁹.* HER. Equidē sic cōseo Luciane, posse fieri ut
 q̃ Stoicis disciplinis fuerit institut⁹, ex his ueris sciat, etiā
 si alias nō aduenit, singulariū decreta ediscēs. In hūc autē
 modū cōsydera. Si q̃s tibi dicat hoc solū, duos binarios
 quaternariū cōstituere. Num erit necesse te obambulan-
 tem alios munerādi peritos percontari, num quis sit qui
 hæc aut quinq; aut septem esse dicat, an illico intelliges
 hominem uera dicere. LV. Illico Hermotime. HER.

Cur

LVCIANI HERMO.

Cur ergo tibi uidetur non posse fieri, ut simul atq; incid-
derit quispiam in solos Stoicos uera narrantes, illis cre-
dat, neq; aliorum postea indigeat? cum habeat certum
nunq̃ fore, ut quatuor quinq; fiant, ne si quidem mille
Platonēs aut Pythagoræ dicant? HER. Ista nihil
ad carmen Hermotimē. Concessa enim dubiis compa-
ras, longe ab illis dissidentia. Aut quid tandem ais? An
incidisti tu unquam in aliquem, qui duos binarios con-
tinctos diceret, aut septem, aut undecim efficere? HER.
Ego uero nequaquā, insaniret nimirū, qui negaret qua-
ternarium fieri. L V. Quid porro, per gratias obse-
cro ne mentiare, incidisti unq̃ in aliquem Stoicum, aut
Epicureum, quibus de rerum principiis & finibus non
esset disceptatio. HER. Haudquaquam. L V.
Proinde caue ne mihi imponas, idq; amico. Inquisitio-
bus enim nobis, qui in philosophia uerū dicant, tu prae-
occupans Stoicis illud defers, prædicās eos esse, qui bis
duo quatuor esse statuunt, id quod incertum est nū ita
se habeat. Quandoquidem Platonici aut Epicurei dice-
rent a se ita definiri. A uobis uero quinq; aut septē num-
cupari. An non uidetur tibi id facere, cum uos quidem
illud solum bonum iudicatis, quod honestū est, ediuersa
so. Epicurei uoluptatem? Et cum uos omnia esse corpo-
ra dicitis. Plato uero aliquod etiam incorporeum exis-
timat esse in natura rerum? Sed ut dixi, quod incertissi-
mum est, uide atreptum donas Stoicis, tanq̃ citra dubi-
tationem illorum sit proprium, & si alii retrahant, subito
illud esse clamitent. Hic iam magnopere iudicio opus
esse arbitror. Proinde si id palam fiat, solos Stoicos bis
duo quatuor iudicare, par est alios silere. Cæterū quo-
uisq; de illa ipsa re decertatur, audiēdi sunt ex æquo oēs,
aut certe agnoscere, quod ad gratiam iudicare uidebitur.

CONRAGO INTERPRETE.

mūr. HER. Nondum Luciane mihi uidere intelli-
 gere, quidnam uelim dicere. LV. Apertius itaq; tibi
 est dicendum, si non hoc, sed aliud quiddam dicis.
 HER. Mox intelliges cuiusmodi sit, quod dico. Fin-
 gamus enim duos quosdam irrupisse in Aesculapii sa-
 num, aut Dionysii. Postea sacram quandam phialam
 amissam esse, tam operæ precium erit utrūq; explorari,
 inquirendūq; uter in sinu habeat phialam. LV. Ita
 est necesse. HER. Habet uero omnino alteruter. LV.
 Qui non, si quidem fuerat amissa? HER. Si igitur
 apud priorem inuentas, alterum tam non exues. Nam
 constat eū non habere. LV. Cōstat. HER. Quod
 si in prioris sinu nō inueniremus, habet plane alter, neq;
 hoc modo opus est perscrutatione. LV. Habet pro-
 fecto. HER. Igitur & nos si inueniamus apud Stoi-
 cos hanc phialam, alios haud dignabimur perscrutari
 amplius, affecuti quod iā dudū inuestigamus. quid enim
 attinet diutius labore defatigari. LV. Nihil, si qui-
 dem inueneritis, & inuentum possitis internoscere. pu-
 ta hanc esse quæ perijt, aut si uobis exacte notum fue-
 rit dei donarium. Nunc uero o amice non tantum duo
 sunt, qui in delubrū adierunt, ut necessarium sit alteru-
 trum habere prædam, sed ingens turba. Deinde incer-
 tum est quidnam illud sit, quod perijt, utrum phiala, an
 scyphus, an corona. Sacerdotes quidem quotquot sunt,
 alius aliud esse dicunt, ac ne de materia quā idē inter eos
 conuenit. Quidā enim aeneā, quidā argenteam, quidā
 auream, e stanno quidam esse ferūt. Proinde necesse est
 omnes, qui ingressi fuerint exuere, si quod est amissum,
 cupias inuenire. Etenim si apud primum statim inueni-
 as aureā phialam, adhuc alii tibi restant exuēdi. HER.
 Quamobrem Luciane? LV. Quoniam nō cōstat

LVCIANI HERMO.

an phiala fuerit amissa. quod si etiā de illo oēs inter ipsos cōsentiant, nō tamē oēs asserūt phialā esse aureā. Iā si maxime cōstet, aureā esse amissam, tuq; apud primum inuenias phialā aureā, neq; sic desines perscrutari alios, nā nō cōstat hāc illā esse, q̄ cōsecrata est deo. aut an non putas cōplures phialas esse aureas? HER. Equidē puto. L V. Opus erit iā perscrutando excutiendoq; singulos adire, & quicquid inuentū fuerit in medium deponere, deinde perpendere ac conlicere, quidnam ex omnibus deceat rē numini cōsecratam existimare. Etenim, quod rursum magnā dubitationē exhibet, illud est, quod singuli, qui sunt exuti, omnino aliquid habēt, hic scyphū, alter phialā, ille coronā. Rursum hic ex ære, alius ex auro, quidā ex atgēto. An uero quod habet, id illud sacrū sit nō dū cōstat. Igitur plane est necessariū hæsitare, quē sacrilegū pronūctes. Nēpe ubi ne tū quidē liquido scire possis, qui numini sacrā phialā abstulerit, etiā si omnes per omnia sint simillimæ. Nam potest fieri, ut propriā quis habeat. At causam ignoratiæ unā hāc esse arbitror quod amissa phiala inscriptione careat, fingamus enim phialā periisse. Itaq; si aut dei nomē, aut illius qui dedit, caute inscriptū esset, minus utiq; laboraremus. & inuenta inscriptione omitteremus alios aut exuere aut turbare. Porro certamina gymnica Hermotime spectasse te sæpe numero arbitror. HER. Recte arbitraris, nā & frequenter, & multis in locis. L V. An non igitur aliquoties & apud certaminū præfectos assedisti? HER. Per Iouē nō ita dudū in olympicis ad læuā Hellanodiarū manū. Euādrīde Eliensi inter suos ciues mihi spectādi locū occupāre. Cōcupiuerā enim quæ a præfectis ludorū fiūt, proprius intueri oīa. L V. Proinde nosti & illud, quo pacto sortitūtur, quē cū quo oporteat luctari, aut

CONRA.GO.INTERPRETE.

aut alio certaminis genere cōcedere. HER. Noui. L V.
 Tu igit̃ istuc cōmodi⁹ dixeris, utpote q̃ ppi⁹ inspexisti.
 HER. Olim cū Hercules p̃sideret folia Lauri. L V. Ne
 mihi uetusta cōmemores Hernotime, sed q̃ tutelipse p̃
 plus uideris. HER. Argētea pponit̃ hydria deo cōsecre
 ta, in hāc paruæ sortes fabæ ferme magnitudine, cū in
 scriptiōe cōllicūtur. Porro inscribit̃ in duas qdē, litera
 A in utrāq̃. in duas uero B, itē in alias duas C. & deinde
 ordine ad eūdē modū, si plures sint athletæ, binæ semp
 sortes, qbus eadē inscripta sit litera. Progressus tā unus
 qsq̃ athletarū, postq̃ Ioui sacra fecerit dimissa in situlā
 manu. unā sortē educit, idē alii faciūt. Adstatq̃ singulis
 apparitor, manū eorū cōprimēs, q̃ impedit ne legāt, quā
 literā eduxerint. Deinde uero cū iam habeāt oēs, Alytar
 ches puto, aut certē e numero iudicū aliq̃, neq̃ enī satis
 cōueniunt, obābulās inspectat sortes in circulo stantiū.
 Hinc eū, cui litera A sorte obuenerit, cū illo palæstra, aut
 pācratio cōmittit, q̃ alterū a eduxit. Postea uero simili
 ter eos, qbus B obtigit, atq̃ ad eūdē modū reliquos quo
 rū literæ inter se cōsentiūt. Sic quidē cōsueuit fieri, si cer
 tates pari sint numero, puta octo, aut quatuor, aut duo
 decim. Sin impares fuerint, ut quinq̃, septē, nouē. litera
 qdā sola uni sorti inscripta, q̃ parē literā nō habeat, cum
 aliis iniciē. Qui uero illā eduxerit, assidet ueluti in insi
 diis collocat⁹, expectās donec illi decertēt, neq̃ enī literā
 habet, q̃ illū cū aduersario cōmittat. nō est aut̃ ea medio
 cris pugili felicitas, expectare ut ipse integer & recēs cū
 delassatis cōgrediatur. LV. Quiesce, hoc enim illud est,
 quo potissimū indigem⁹. Ergo cū sint nouem, singuliq̃
 habeāt duas sortes, obābula tā, uolo enim pro specta
 tore te præsidentē cōstituere, & literas inspicito. Nec ut
 arbitror pri⁹ didiceris, q̃nā ille sit, cui uacatio a pugna

LVCIANI HERMO:

usq; ad extremum obtigit, q̄ singulos in orbem adeas,
atq; inter se cōlungas. HER. Qui istud narras Lū-
ciane! LV. Non potest fieri ut illico inueniatur li-
tera, quæ arguat illum ultimo loco decertaturum, aut si
fortefortuna inuenias, haud tamen scies hunc esse. Nam
non fuerat prædictum, aut k, aut m, aut i esse literam
quæ postremum decerneret. Verum postq̄ in A incide-
ris, peruestigas eum, qui alterum a habeat, quo inuento,
iam illos inter se coniungis. Rursum b ubi adeptus fue-
ris, alterum b requiris, quod cum inuento in palæstrā
cōmittas. Atq; in reliquis omnibus, ad eundem modum
tantisper, dum ille reliquus sit, qui solam literā habet,
quæ careat aduersario. HER. Quid uero si in illū
primo aut secundo loco incidas, quid facies? LV. Ne-
quaq; sed tu qui ludis es præfect⁹, quid factur⁹ sis, cupio
scire, Num protinus diccs, hic est ille usq; ad ultimū fu-
urus spectator. an necesse erit, omnes in orbem adeun-
tem intueri, si tibi habeat sibi similem? Quoniam nisi
omnium sortes inspexeris, non scies, quis nā sit ille ulti-
mo loco depugnaturus. HER. Imo perquam facile
sciuerō, saltem inter nouem, si e primo loco aut secūdo
inuenero, scio hunc esse, qui decertabit ultimus. LV.
Quinam istuc Hermotime. HER. Hoc modo.
Duo illorum a habent, & b similiter duo. Cum autem
quatuor sint reliqui, isti quidem c, alii uero d sunt forti-
ti. Iamq; distributis quatuor in octo athletas literis, pa-
lam est solam restare sequentem literam e, quā qui edu-
xit, is est postremus. LV. Vtrum laudabo acūmē
ingeniī, an permittes uti contradicam, quid mihi uidea-
tur? HER. Miror equidem Hercule quid nā istis
queas cum ratione contradicere. LV. Tu enim omni
no ordine descriptis literis narras, nempe ut prima a sit,
altera

CONRA. GO. INTERPRETE

altera b, atq; hac serie donec in unam earū finiatur nū-
 merus pugilum. & fateor in Olympiis ita fieri. Porro
 quid futurū est, si acceptis nō obseruato ordine quinq;
 literis ex omnibus, puta x. s. z. c. & .t. & alias quidē qua-
 tuor in octo sortibus geminas scribamur. Zeta uero so-
 litarium in nona, quod nobis indicet ultimo decertatu-
 rum, quid facies primum zeta inuento, qui distudicabis
 esse ultimum, qui illud habet, nisi aditis omnibus: nullā
 inuenias consentientem literam. Non enim potes, quē
 admodum statim, ex ipsarum ordine indicium sumere.
 HER. Rem difficilem responso interrogas. L V.
 Ecce tibi iam & alio pacto idem cōsydera. Quid enim,
 si neq; literas sortibus inscriberemus, sed signa quædā,
 ac formas, quales non paucas Aegyptiī literarum uice
 pingunt, nimirum canino aut leonis capite homines. an
 hæc missa faciemus, quoniam prodigiola sunt? Age por-
 ro, quæ unius tantum formæ sunt, ac simplicia inseri-
 bamus, quoniam id fieri potest, fingentes in binis sorti-
 bus binos homines. In duabus, duos equos. Item galli
 naceos duos, adhæc geminos canes. In nona uero leo-
 nis imago esto. Si itaq; ab initio in eam sortem incidas,
 cui insculptum est insigne leonis, qui poteris pronun-
 ciare, hanc esse, quæ postremo cōcertaturum cōstituat?
 si non aggressus omnes circūspexeris, nūquid alius leo-
 nem habeat? HER. Non habeo, quod tibi respon-
 deam Luctane. L V. Nec iniuria, neq; enim res est,
 quam prima fronte proclue sit cognoscere. Itaq; si uo-
 luerimus illum inuenire, qui sacram phialam abstulit,
 aut postremū illum pugilem, aut eum, qui nos optime
 in ciuitatem illam Corinthum perducit, necessario sin-
 gulos accedemus, examinabimuscq; summo studio con-
 nixi, omnes exuentes, atq; omni ex parte contemplan-
 tes.

LVCIANI HERMO.

tes. Vix enim uel hac sedulitate didicerimus uerum. Et si quisquam cōsiliarius mihi fide dign⁹ de philosophia quæ sit præferenda futurus est, is tandē esto, qui omnium dictata norit, alii uero mianci, mutiliq; nec illis credam quousq; uel unus fuerint ignari. fortasse enim hæc fuerit illa præstantissima, Neq; uero si quis spectanda forma hominē adducat, dicens, illum formæ dignitate uniuersos superare. Huic ne fidem essemus habituri, nisi & illud nobis cōpertum esset, eum quicquid est hominum uidisse. Nam forsitan etiam formosus ille quidē, cæterum an omnium sit formosissimus, nemo queat scire, nisi iustratis omnibus. Nos autē non solum pulcro, sed eo, quod est pulcherrimum indigemus, quod nisi inueniamus, nihil nobis plus solito actū putabimus. Nāq; non erimus cōtenti si qualecūq; pulcrū assequamur, sed illud summū quærimus pulcrū, quod necesse est unū aliud quid esse. HER. Vere ista dicis. L V. Quid igitur potes ne mihi cuiusquam ædere nomen, qui omnes semitas in philosophia sit expertus. quicq; dicta Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, Chrysippi, Epicuri, & aliorum cognita habeat? postremo unam ex omnibus delegerit? ueramq; probarit, experimento doctus, hanc solam esse, quæ ad felicitatē ducat? nam si talē inueniremus, desineremus nos fatigare. HER. Haud facile fuerit Luciane huiusmodi hominē reperire. L V. Quid igitur faciemus Hermotime? non arbitror desperandū accedendū esse. Quoniam nobis in præsentia nemo talis dux superpetit, ergo illud optimū fuerit simul & tutissimum ut unūquisq; tentet omnes sectas peruagari, quæq; a singulis dicta sunt diligenter intueri. HER. Ex his sane ita faciundū uidetur, sed uide ne hoc contrarium illi, quod paulo dixeras prius. Non esse facile ubi passis uelis se quispiam

CONRA. GO. INTERPRETE

quispiam mari tradiderit, denuo recurrere. Qui enī fieri potest, ut adeat omnes suas, qui quāadmodum tu als hæsilitaturus est in prima, ex qua se nequeat emergere. L V. Ego tibi dicam. Theset cōmentum imitabimur. Itē loq̃ a Tragica illa Ariadne accepto, in omnē Labyrinthum ingrediemur, ut illud manu tenētes, sine negotio possimus egredi. H E R. Quis igitur nobis Ariadne erit, aut uude filum suppeditabitur? L V. Bono animo es, nam uideor mihi reperisse, cui adhærētes egredi possimus. H E R. Quid tandem illud est? L V. Nihil ex me dicam, sed illud cuiusdam e numero sapientum. Sobrius esto, ac memineris diffidere, quoniam quidē si nō facile credamus auditis, sed ludicum more faciamus, ut & aliis relinquatur dicendi locus, nullo fortasse negotio Labyrinthos egrediamur, H E R. Recte narras, itaq̃ faciamus. L V. Quē ex ipsis primū adibimus? an illud nihil intererit? Exorsī aut a quocūq̃, ut a Pythagora, si ita fors ferat, quanto tempore putamus omnia Pythagorica nos posse ediscere? deductis illis quinq̃ silentii annis, quibus adiunctis, triginta ut arbitror sufficiunt anni. Sin minus. Saltem opus est uiginti. H E R. Sic statuamus. L V. Porro Platoni tantūdem est tribuendum. Præterea Aristoteli nō minus. H E R. Non sane. L V. Iam uero Chrysippo ediscendo quot opus sit annis, haud te rogabo, nā memini abs te audisse, uix quædraginta sufficere. H E R. Ita res habet. L V. Deinde tantūdem Epicuro ac aliis. Quod uero non nimium statu tuo, hinc discere licebit, si perpenderis q̃ multi sunt octoginta annos nati Stoici, aut Epicurei, aut Platonici, qui se nondum nosse confiteantur omnia, quæ peculiaria sunt suæ professioni, ut ipsis ad suas disciplinas nihil quicquam desit. Si uero minus, certe Chrysippus,

&

LVCIANI HERMO.

& Plato. Præterea Aristoteles istud dicerent, & qui illis ætate antequam Socrates ipse, nulli ipsorum præstantia secundus, qui passim apud omnes clamitabat, nō modo nō omnia, sed prorsus nihil scire se, aut illud solū, quod nihil sciret. Proinde supputemus ab initio, Pythagoræ statulimus uiginti annos, deinde altera tertia Platoni. Inde ex ordine altis. Quot igitur erunt anni, in unam redacti summam, si sectas in philosophia statuamus modo esse decem? HER. Supra bis centum Luciane. LV. Vis ne ergo quartam partē ut deducamus? quindecim anni ut sint satis; an totum dimidium? HER. Tu teipso uideris quid præstet. Ego illud animaduerto, uel sic admodum paucos, per omnes esse ituros, tam inde a natiuitate protinus facti initio. LV. Quid ergo faciendum est Hermostime, si tantum res habet difficultatis; an subuertenda sunt illa, paulo ante concessa, nemini e plurimis posse, id quod est optimū. deligere, nisi expertum omnia. Quoniam qui citra experimentū deligit, uaticinio magis, q̄ iudicio ueritatem inquiri, nōne illud confessi sumus? HER. Maxime. LV. Omnia no igitur est necessarium, tam diu nos uiuere. si omnib⁹ exploratis, bene simus electuri, & facta electione operā sapientiæ daturi, & adepti sapiētiā fructuri felicitate. Nam priusq̄ ita fecerimus, in tenebris (ut prouerbio dicunt) saltaremus, in quæ fortuna irruerimus, quodq̄ primum uenerit in manus, ob ignorance ueritatis, suspicabimur esse illud, quod quærimus. Quod si temere bona fortuna in illud incidamus haud tamen constāter ac liquido poterimus scire, num id sit, quod quæritur. Nam complura sunt inter ipsa similia, quorum unum quodq̄ se pronunciat esse uerissimum. HER. Luciane haud scio quo pacto quæ narras rationi mihi uidentur.

CONRAGO INTERPRETE.

dentur consentanea. Sed, nam tibi uerum fatebor, hæc explicando, & ad uluum refecando, cum nihil sit opus, non mediocriter me angis. Videor autem mihi fortasse & inauspicato hodie & malo omine domo exiisse, & egressus in te incidisse, qui me iam sperato proximum, in tantâ hæsitantiâ ablatû cõlectisti, declarans uia ad ueritatem inueniri non posse, utpote tot annorum numero indigentem.

L V. Profecto iustiori de causa stomacheris patri tuo Menecrati, ac matri quocûq; sit nomine, non enim noui, aut multo prius naturæ nostræ, quæ tibi non totidem annos, quot largita est Tithono, longæuumq; fecerit, sed circûscripserit, ut ne, cû sis mortalis, supra centum annos, ut longissimum contingat uitæ spacium sis uicturus. Ego uero tecum disquirens, id reperi, quod superioris disputationis sit consequens. HER. Nequaquam; uerû es semper cõtumeliosus, & haud scio quid acciderit, ut philosophiam prosequaris odio, & eius studio deditos cõuictis insecteris.

L V. Quidnam sit ueritas tu Hermotime, tuusq; præceptor nempe uiri sapientes cõmodius definiueritis. Ego uero illud unum scio, non esse magnopere suauem audientibus, sed multum improbari a mendacio. Hoc enim aspectu est blandius, ideoq; magis delectat. Illa autem ueluti simplex & nullius sibi insinceritatis conscia, libere aduersus hominum uulgus differit, quibus ex rebus sibi offensionem & odium contrahit. Viden te quoq; mihi nunc irasci, qui his de rebus una tecum ueritatem repesi, ostendiq; esse ardua; quorum uterq; amore raptur. Perinde ac si statuam adamasses arbitrat⁹ esse hominẽ, & spēs fuisset, te illa potiturû. Ego uero gnarus esse aut lapidem, aut ahenû, ob beneuolentiam indicassem tibi, impossibilia te amare. Tuq; hic me hostem & inimicû

LVCIANI HERMO:

esse putares, qui te non sine passus falli, cum insperanda sperares. HER. Num ergo illud dicis Luciane, non esse philosophandum, sed oportere nos ocio socordiaeque deditos, in rerum imperitia uitam transigere? LV. Quando tandem istud ex me audisti? siquidem haud nego esse studendum sapientiae parandae. Sed quoniam est philosophandum, uariaeque sunt uitae, quarum nulla non dicat se ad sapientiam uirtutemque perducere, ueraque inter illas est incognita, diligenter exacteque habendum esse delectum. Non enim uisum est nobis posse fieri, ut multis propositis, id quod est potissimum eligatur, nisi quis accedens, omnia exploret, & pertentet. Porro experimentum nobis uisum est perquam longum. Tu uero quid sentis? Nam rursus te interrogabo, hucce ne sequeris, in quaecumque primum incidet: ac cum eo philosophiae studio incubes? isque te propicio mercurio oblatum habebit? HER. Ecquid tibi posthac respondeam? qui negas quenquam ex se posse iudicare, nisi phoenicis aetatem uixerit, omnes in orbem collustrans atque pertentans. Neque tamen, qui priores periculum fecere, fidem adhibere dignaris, nec multitudini laudanti, dicentique testimonium. LV. Quos tu mihi multos praedicas? scientes & expertos omnium? Certe si quis est huiusmodi, mihi profecto uel unus sat erit, neque ultra egebimus multitudine. Quod si ignaros dicas, nihil sane multitudo eorum me adducet ad habendam fidem, quousque uel profusignari, uel unius tantum periti disciplinae, de omnibus pronuncient. HER. Tu uero solus ueritatem depraehendisti, reliqui uero omnes, qui philosophantur, rudes sunt ac stolidi. LV. Falso istud praedicas, qui me aliis praepone re dicas, aut omnino collocare inter eruditos, nec meministi quae dixerim, cum non me ueritatem praeter aliis scire contendam, sed

CONRAGO INTERPRETE.

sed perinde atq; omnes, quænam ipsa sit ignorare cõ-
 fitear. HER. At Luciane oportere singulos accede-
 re, & expendere quæ dicant, præterea non licere aliter,
 quam hoc modo delectum mellioris agere, fortasse non
 fuerit absurdum, Sed experimento tot annos esse tribu-
 endos, omnibus modis ridiculum, quasi uero epaucis
 nō liceat oīa perdiscere. At mihi illud in primis facile ut
 detur, nec multa exercitatione indigum. Siquidem alit̃
 statuarium quendam Phidiam opinor, solum conspecto
 leonis ungue, ab eo ratione collegisse, qua totus leo esset
 magnitudine, iuxta unguis proportionē effectus. Quin
 etiam tuteipse si quis solam hominis manum tibi osten-
 dat, alia corporis parte occultata, ilico scies opinor ho-
 minem esse id, quod est occultatum, etiam si totum cor-
 pus non uideas. Proinde & capita rerum quas dicūt sin-
 guli, fatile est perdiscere, uel exigua temporis particula.
 Cæterum morosa illa diligentia, quæ tam longa egeat
 examinatione, non adeo opus est, ad id ut queas, quod
 est optimum, eligere. sed ex illis licet iudicium facere.
 L V. Papæ Hermotime q̃ graua sunt ista, quæ narras,
 cum ex partibus totum uis cognosci, quāquā ego cõtra-
 ria audire memini. Videlicet eum, qui totum norit, etiā
 partem cognoscere, Ediuerso, qui solam partem, nō illi
 co totum. Ad hunc modū mihi & illud respōde, Phidias
 si quādo uidisset unguē leonis, an hūc nouisset leonis es-
 se, si nūq̃ totū uidisset leonē? aut tu uisa hoīs manu, q̃as
 dicere hāc hoīs esse, homine antea nec uiso nec cognito?
 Cur files! uis ne ut ego pro te quod est necessariū respō-
 deam: nepe non posse! Quāobré periculū est ne Phidias
 infecta re abeat, temere flecto leone. HER. Nihil ad Bac-
 chū ut atūt, aut qd his cū illis cōuenit: L V. Nā Phidiae &
 tibi nulla alia cognoscēdarū partiū est causa, nisi notitia

LVCIANI HERMO:

totius hominis inquā & leonis. At in philosophia puta Stoicorum, quo pacto ex parte cognosces reliqua . aut qui declarabis esse honesta? Nam totum ignoras , cuius hæ sunt partes. Iam uero quod ais, esse facile, ut quis breui temporis curriculo totius philosophiæ capita summatim audiat, cuiusmodi sunt, quæ principia rerum & fines statuunt, tū quid opinentur esse deos, quid animā. Præterea quosdam asserere , omnia mole corporis esse prædita, nonnullos quædam sine corpore constituere. Ad hæc quosdam uoluptate ; contra quosdam honesto bonum & felicitatē metiri, atq; his consimilia . Quibus in hunc modum auditis, facile & nullius operæ est pronunciare. At scire quisnam ille sit, qui uerum prædicet, uide ne non diei portunculæ, sed pluribus diebus indigeat. Quid enim illis accidit, ut centurias ac Chiliades librorum de illis ipsis rebus singuli conscripserint? Equidem opinor ut fidē facerent, uera esse paucula illa, quæ tibi uidetur minime impedita, quæq; nullo negotio cognosci queant. Nunc uero uate, opinor, etiam hoc loco tibi opus erit ad eligendum meliora, si recuses immorari, ut ipse studiose omnia expendas, & unumquodq; totum diludices. Compendiaria enim hæc fuerit uia neq; non simplex, & expedita, si accersito uate, auditisq; summatim omnibus, singulorum causa sacrifices. Nam liberabit te deus mille negotiis, si in ultimæ extis ostēdat, quæ tibi sint eligenda . Quod si non repudias, & aliud quiddam tibi expeditius suggeram, ne opus sit has profundere ultimas, librisq; non accersito ; in quem tantum mercedis sit impendendum, sacerdote. Verum coniectis in urnam codicillis ; quorum singulis philosophi nomen sit inscriptum, sube puerum aliquem impubem & ætate floridum urnā accēdere, & educere codicillos, qui

CONRA. GO. INTERPRETE

quicumq; primum in manus incidant. Atq; in reliquo
tempus iuxta illius, quemcumq; tibi fors dederit, de
creta philosophare. HER. Ista Luciane tum scur
rilia sunt & improba, tum quæ grauitatem personæ
tuæ minime deceant. At dic mihi. Emisti in antehac ip
se aliquando utrum? LV. Emi, idq; sæpenumero.
HER. Num ergo adibas in orbem quotquot erant
in ciuitate caupones, degustans, comparans, & expen
dens uina inter se? LV. Haudquaquam. HER.
Nam oportet te arbitror, ut primum in suaue idone
umq; incideris, amoliri. LV. Recte me hercule nar
ras. HER. Et a modica illa degustatione poteras
de uniuerso uino cuiusmodi esset pronunciare? LV.
Poteram certe. HER. Si uero aggressus caupones
dixisses. Quoniam heminam mihi comparare uolo, per
mitte ut singulorum uasa epotem, quo per omnia di
gressus discam, cuius uinum sit præstantius, & unde mi
hi emendum. Ista si diceres, censes ne futurum, ut illi te
rideant, quod si pergeres esse molestior, perfunderet for
tasse etiam aqua. LV. Censeo sane, neq; istuc mihi
accideret immerenti. HER. Iuxta eandem rationē
in philosophia quid attinet epotare dolium, cum e mo
dica degustatione possimus cuiusmodi totū sit cognos
cere? LV. Quam lubricus es Hermotime, elaberisq;
e manibus, sed tamen irretitus. Nam cum putares effu
gisse, incidisti in eandem nassam. HER. Qui istuc
ais? LV. Quoniā sumpta re per se manifesta no
taq; omnibus, nempe uino, quæ dissimilima sunt, & de
quibus, cum sint incerta, omnibus est digladiatio, illi cō
paras. Nam ego haud quæam dicere, qua in re tibi uinū
& philosophia conueniant, nisi hoc solū nomine, quod
philosophi quoq; uendunt disciplinas more cauponū,
& ple

LVCIANI HERMO.

& plæriq; confundunt miscentq; uſi impoſturi & fraudibus, ad hæc iniqua meſura metientes. Cæterū quod dicis hunc in modum conſyderemus. Vinum quod eſt in dolio, haud negas totū ſibiipſi eſſe ſimile, & me hercule non abſurde, imo ſi quis deguſtet hauſta minima eius particula, mox ſciturum cuiuſmodi totum ſit doli-um. Conſentaneum etiam illud eſt, neq; ego quicquam contra dico. Iam perpende etiam illud, quod ſequitur. Philoſophia, & eius profeſſores, ut præceptor tuus, nū eadem uobis aſſidue dicunt, & de eiſdem, an alias aliaſ Varia eſſe amice palam eſt, aut certe fruſtra hæten⁹ illi adhæreret, Vlyſſis exemplo circūcuſſitans & oberrans, ſed ſuffeciſſet tibi ſemel audiſſe. HER. Vera nar-ras. LV. Proinde qui poterat a primo guſtu ſcire omnia; neq; enim eadē dicebat, ſed ſemper inculcabat noua nouis, non quemadmodum uinum ſemper idem erat. Itaq; amice niſi totū ebibas dolium, abs re uiuidus circūuagatus ſis. Videtur enim in fundo ſub ipſam ſecē philoſophiæ bonum occultaffe deus. Proinde totū uas ad ſinem uſq; exhauriendum eſt, aut neſtaream illā por-tionem nūq; inuenias, quam mihi ſam olim ſicire uide-ris. Tu uero hanc huiuſmodi eſſe putas, ut ſi deguſtes modo, atq; limine ſalutes, mox ſapiēs ſis euafurus, quē admodum aiunt Delphicam uatem, ſimul atq; ſacrum flumen hauſerit, repente numine aſſari, & aduentanti-bus reddere oracula. Verum mihi ſecus uidetur, ſiquidē tu quoq; ſam plus dimidio uaſe exhauſto, incipere te adhuc dicebas. Illud igit̃ uide, ſit ne potius huic rei phi-loſophia ſimiltor. Dolium quidē tibi maneat, præterea etiā caupo. Inſit autē nō uinū, ſed omniū frumētōrū le-guminūq; miſcellanea, ſuperne triticū, poſtea fabæ, de-inde hordeū, ſub illo lētes, mox cicer, atq; id gen⁹ diuer-ſa.

CONRA. GO. INTERPRETE

fa. Iā si semina mercari uelis, ac ille, cui⁹ est, abreptū triticū tibi in manū tradat ut inspicias, poterisne illo inspec-
to pronunciare, an etiam cicer purum sit, lētesq; coctu
faciles, & solidæ fabæ? H ER. Haudquaquā L V. Ergo
neq; philosophiā ab uno aliquo, quod primū quis pro-
nunciarit, uniuersam addiscet cuiusmodi sit, neq; enim
est unum aliquid, quemadmodū uinum, cui tu illam as-
similas, similitudinē in degustando esse iudicās. Hoc ue-
ro aliud quiddam esse probatum est, nec ociosa ac leui
disquisitione indigum. Quandoquidē si uinum malū
emas, duum obulorū est periculum. Contra in multitu-
dinis colluue una interire, quemadmodū tu quoq; ab-
ando dixisti, non mediocris est infelicitatis. Præterea
qui totū cupit epotare doliū, ut heminā emat, damnum
cauponi dabit, sic absurde degustans. At philosophia ni-
hil huiusmodi patietur. Imo si uel maxime bibas, nihilo
diminuitur doliū, neq; damno afficietur uenditor.
Influit enim res exhausta, quemadmodū dicitur prouer-
bio, secus q̄ in Danaidū dolto. Illud enim non continet,
quod ingeritur, sed statim perfluit. ediuerso hinc siquid
detrahas. maius est id, quod sit reliquū. Atqui uolo tibi
aliā similitudinē philosophiæ & degustationis referre.
neq; ne putes illi cōuiciū facere, si dicā, letali pharmaco
puta aut aconito aut cicuta aut alteri culpā id gen⁹ esse
similē. Hæc quanquā mortifera sunt, nō tamē enecarēt,
si quis minimū quiddā refectū degustet summo ungui,
sed nisi quantū oportet, & quo modo, præterea cū quis
bus cōuenit accipias, nō utiq; mortalis. Tu uero uolebas
ad uniuersi cognitionē parādā minimā sufficere particu-
lā. H ER. Sint ista ut uis Luciane, oportet ne igitur cētū
utxisse ānos, totq; sustinuisse negocia, an alioq nō dabit
philosophari? L V. Nequaquam Hermotimæ: neq; mirū siq;
dem

LVCIANI HERMO.

dem uere narraſti ab initio uitam breuem, cōtra artem eſſe longam. Nunc uero haud ſcio quid nam tibi accide-
rit, ut ſtomachere ſi non hoc ipſo die ante ſolis occaſum
Chryſippus, aut Plato, aut Pythagoras euaseris. HER.
Vndiquaq; me oppugnas, & circūcuſitas, cogiſq; in an-
guſtum, nulla a me laceſſurus iniuria, impellente nimirū
inuidia, q; ego in diſciplinis præuenterim. Tu autē cum
grandis ſis natu, oſcitanter teipſum curaueris. L V.
Scin igitur quid ages? Mihi tanquam Corybantū mo-
re. infania concitato, ne aduertas animum, ſed ſine inep-
titie. Tu uero quantum potes in priorem uiam regrede-
re, & iuxta ſuperiora ſam inde ab initio. his de rebus de
creta iter perficito. HER. At non ſinis tua uiolen-
tia quicquam eligere, niſi pertentatis omnibus. L V.
Atqui certo ſcias, nūquam me aliud eſſe dicturum. Cæ-
terum quod uiolentum uocas, uidere mihi iuxta poetā
accuſare innocuum, quouſq; nulla tibi alia ſuffragetur
ratio, quæ me ab hac uiolentia auellat & retrahat. Ecce
enim tibi multo uehementiora diceret ratio ipſa, quam
præteriens, me temere accuſas. HER. Quænam iſta
ſunt? nam miror ſi quid illa reliquit inditum. L V.
Negat eſſe ſatis ad electionem optimi, inſpicere, & per-
uagari uniuerſa, ſed maximo adhuc opus eſſe. HER.
Quonam? L V. Iudicandi & expendendi facultate
& mente acuta, cogitationeq; diligētī, & incorrupta, qua
lem decet eſſe, quæ tantis de rebus ſit latura ſentētiam,
aliſq; in caſſum fuerint perluſtrata omnia. Ait ergo
nec huius rei exiguum tempus eſſe tribuendum, dū pro-
poſitis in medium omnibus delectum ages, dum cūcta
beris, crebroq; inſpices, neq; habitū, neq; ætatē dicentis
neq; exiſtimationem quæ de illis ob philoſophiā habe-
tur reuerſus. ſed idem facies, quod Arcopagita, qui no-
ctu

CONRA.GO.INTERPRETE.

tu & in tenebris iudicant, ut non dicentes, sed quæ dictū
tur consyderent. Ac deinde tibi licebit acto delecto con
stanter philosophari. HER. Post exactū uitæ cur
sum putas. Ex his enim palam est, ne unius quidē mor
taliū ætatē sufficere, ut omnes adeat, ut singulos pers
piciat, ut perspectos diiudicet, & iudicio adhibito dele
ctum agat, & facta electione philosophetur. Nam hoc
demū pacto ais ueritatē inueniri, neq̃ ullo alio modo.
L V. Omitto dicere, neq̃ illud sat esse Hermotime, sed
uidemur nobis ipsis imposuisse, nā putātes nos aliquid
firmi certiq̃ inuenisse, nihil adhuc inuenimus. Quædā
modum piscatores sæpenumero demissa retia, cum pō
dus aliquid senserint, extrahunt, magnā uim piscium
sperantes se irretiisse. deinde ubi summo conatu eduxe
rint, aut saxum aliquid reperiunt, aut uasculum arena
saburratum. Consydera nū nos quoq̃ attraxerimus. Id
genus aliquid. HER. Haud intelligo, quid hæc retia si
bi uelint, plane enim illis me implicas. L V. Proinde
da operam ut te explices, nā propicio deo tuo nosti na
tare, ut si quis alius maxime. Nam ego, tamen si omnes
peruestigando adeamus, idq̃ tandem perficere liceat,
nondum illud certum esse censeo, nūquis ex illis omni
bus habeat id quod quærimus, an ex æquo ignorent.
HER. Quid ais? neq̃ quenquā omnium ex illis habe
re? L V. Haud constat, an tibi non uideatur posse fi
eri, ut omnes falsum prædicent, ueritas autem ipsa aliud
quiddam sit, q̃ hætenus apud ullum omnium fuerit cō
pertum? HER. Qui illud fieri potest? L V. Sit
enim nobis uerus numerus uiginti, ut uiginti fabis ma
nu clausa acceptis, quispiam interroget decem aliquos,
quot habeat fabas in manu, illi autem diuinantes alius
septem, alius triginta dicant, alius decem, aut septemde

LVCIANI HERMO:

etiam, breuiter alius alium numerum. Quin nōnunq̃ etiam contingit ut fortunæ beneficio quidam uerum diuinet. An non ita putas? H E R. Puto certe. L V. Atqui neq̃ illud potest nō fieri, ut singuli alius alios numeros falsos dicant, & neminem inter illos dicere, hominem uiginti fabas manu cōtinere. Tibi ne secus uideatur? H E R. Fieri potest. L V. Iuxta hanc igitur rationem oēs philosophi indagant, peruestigātq̃ cuiusmodi res sit felicitas, astringūtq̃ alius aliud esse, hic uoluptatē, alter honestum, alius alia de re prædicat. Proinde haud est dissimile ueri aliquid illorū esse felicitatē. Rursum neq̃ rationi repugnat, ab his omnibus aliud quiddā esse. Et uidemur cōtra q̃ oportuit, nondū inuēto principio ad finē propere. Debebat autē opīnor prius declarari, cognitā esse ueritatē ipsam, & omnino aliquē e numero philosophātium eam nosse. Deinde reliquū erat, cui nā esset adhibēda fides. H E R. Istud ergo Luciane ais, nos neq̃ si per omnē philosophiā pgrediamur, posse id quod uerū est, inuenire? L V. Ne me interroga uir præclare, sed ita de nouo rationē ipsam. Et forsitan respondebit nondū posse, quoadusq̃ nō cōstruatur, an unū sit ex illorū numero, quos ipsi prædicant. H E R. Nunq̃ ergo quēadmodū tua probat oratio, inueniemus. neq̃ philosophiæ operam dabimus, sed oportebit nos uiram rudem expertemq̃ doctrinæ degere, a philosophia facta defectione. L V. Illud quidē sequitur, ex quo fateris, nō posse fieri uti quis philosophetur. rēq̃ esse difficiliorē, q̃ ut hominū queat parari industria. Arbitraris enim operæ prædictū, ut qui philosophiæ est uacaturus, ante omnia genus philosophiæ deligat, quod sit præstantissimū, isq̃ delectus tū demum est tibi uisus exacta ratione fieri, si per omnē philosophiam peruagati, eā quæ sit uerissima deligamus. Postea rationē

CONRA.GO.INTERPRETE.

tionē annorū supputans, quot singulis seētis perdiscendīs sufficerent, supra modū excessisti, prorogans rē in alta usq; sæcula, ut ulta singulorū angustiori spacio sit circūscripta, q̄ ut par sit ueritati inquirendæ. Postremo illud ipsum quoq; dubiū esse declarasti, cū diceres incertum esse, sit ne uerum olim a philosophis inuentum, an nōdum etiam. Tu uero Hermotime si iuratus dicas, quo pacto poteris affirmare repertū esse. Equidē iure iurādo haud asseuerem. Quanquā & alia cōplura de industria prætermisi, q̄ & ipsa egent examinatione neutiq; parua. HER. Quænā? L V. Nō audis esse Stoicos, siue Epicureos, siue Platonicos, qui dicant quosdam esse, quibus omniū rerum ratio sit cognita, quibusdam nequaquā, & si aliis in rebus sint ualde digni, quib⁹ habeatur fides? HER. Veta prædicas. L V. Videtur ne ergo tibi operosum magniq; negocii, distudicare & discernere doctos scientesq; ab ignaris, qui tamen tanq̄ periti se uēditant. HER. Videtur certe. L V. Proinde opus erit si eum, qui inter Stoicos primas tenet, sis cogniturus, si non omnes, saltem q̄ plurimos eorū accedere, & experiri, & qui præstet cæteris, eum tibi præceptorē constitutū, factō prius exercitio, & iudicandi facultate de huiusmodi rebus parata, ne imprudens præferas deteriorem. Iam huic rei perpende quāto opus sit tēpore. Id quod ego dedita opera, uertus ne stomachare, præterui. Quāquam quod maximum & in primis necessariū in reb⁹ huiusmodi, incertis inquā atq; ambiguis, unū illud est arbitror, solaq; hæc tibi fida & cōstans spes est ad ueritatem, inuentionemq; ipsius, neq; ulla alia, quæcunq; etiā fuerit, q̄ posse iudicare, & falsa ab its, quæ uera sunt sciungere, eaq; tibi suppetat facultas, qua more illorum, qui argentum explorant, queas probata & simplicia

LVCIANI HERMO:

ab adulterinis, & iis quæ mali sunt cōmatīs secernere. Quod si quando huiusmodi artem paraueris, porro ingredere ad expendenda eorū dicta. Sin minus, certo scias nihil ob stare, quin ab omnibus trahare naribus, aut quemadmodū oues ostensum ramū sequare. Imo aquæ super mensam effusæ assimilis eris, in quācūq; partem te quis traxerit summo digito ductus ageris, aut me hercules arundini in ripa propter aquas enatæ, quæ ad omnē uentū flectitur, quāquā minimo flatu inspirans aura eam impulerit. Quocirca si quē nanciscaris præceptorem, qui artē demonstrandi iudicandiq; de quibus est controuersia affecutus, te doceat, desinas scilicet uersari in negociis. Nam protinus id quod est optimū tibi apparebit. & hac demonstratiua arte elicitā ueritas, etiā uanitatē arguet. ruge cōstanter habito delectu, & rebus iudicatis, sapientiæ studiū amplexabere, partaq; tandē desideratissima beatitate, cum illa uicturus es.

Cuncta uniuersim possidens quæ sunt bona.

HER. Euge Luciane. Nam multo hæc præstantiora narras, & quæ non minimum habeant spei. Inuestigandusq; ut apparet, homo quispiā huiusmodi, qui dispiciendi ac diiudicandi, quodq; potissimū est demonstrandi nobis peritiā suppeditet. Adeo ut quæ restāt facillā iam sint, & expedita, neq; exercitatione longa indigeāt, Imo iam tibi gratias ago, qui hanc cōpendiosam nobis optimāq; inueneris uiam. L V. Atqui nondū mihi iure gratiam egeris. neq; enim quiddā inuentum tibi ostendi, quo te proprius in spem adducerem. Hoc autē tale est, ut multo q̄ prius longius absimus. Iuxta prouerbiū. Cum multū laborauerimus, nihil tamen promouimus. HER. Qui istuc ais? Nam acerbū quiddam, & maiore in modū insperatū uideris esse dicturus. L V. Quandoquidē

CONRA. GO. INTERPRETE

quidem amice tametsi inueniamus, qui demonstratōne aliquā polliceatur, seq̃ esse docturū alios, non protinus opinor illi habebimus fidem, sed alterū inuestigabim⁹, qui iudicare possit, an uerum homo prædicet. Et si hūc fuerimus adepti, adhuc incertū est nobis, utrū hic cognitor & iudex possit internoscere eum, qui recte sit iudicaturus, an secus. Atq; ad hunc ipsū opinor rursū alio opus est cognitore. Nos enim unde discernere sciamus eum, qui optime queat iudicem agere? Vides quorsum istud uergat, remq; in infinitum progredi, cū nusq̃ cōstare ac cōtineri queat. Quoniā & demonstratōne sp̃as. quotquot proferri possunt, controuersas uidebis, neq; firmamenti habere quicquā. Nam plurimæ, per alia incerta & dubitata scientiæ nobis fidem facere moliūtur. Aliæ uero cū rebus manifestissimis ea, quæ sunt obscurissima quæq; nullam cū illis habeant cōmunionem, cōnectant, eorū demonstratōnes esse aiunt. Perinde atq; si quis existimet, se demonstraturū deos esse, quoniā ipsorum aræ conspiciantur. Quamobrē Hermotime. Haud sci q̃ quo pacto quemadmodū si, qui in circo decurrūt, ad idem reuersi sumus principiū, & in eadem hæremus perplexitate. HER. Quā acerba in me designasti Luciane, qui mihi Thesaurum carbones esse ostendisti, & quantum uideo peribunt mihi tor anni, & haudquaquā modicus labor. LV. At multo minus cruciaberis Hermotime, si cogites non solum te frustrari speratis bonis, sed omnes, uita dicam, de asini umbra digladiari inter se philosophos, aut quis tandem queat per hæc omnia transire quæ dixi: quod & ipse fateris fieri non posse. Nunc autē similiter mihi facere uideris, ac si quis lamentetur fortunāq; accuset, quod in cœlū non queat ascendere, aut quod subiens profundū maris a Sicilia in Cyprum

LVCIANI HERMO.

Cyprū nō emicet, aut quod non subuectus aliseodē die
 egræcia ad Indos iter perficiat. Causa aut̃ meroris, quo
 niā ut opinor sperauerat, aut nōnunq̃ huiuscemodi in
 somnū uidit, aut ipse sibi finxit, nō expendens prius an
 moderata, quæq̃ ab hominū natura nō essent aliena po
 stularer. Quin etiam te quoq̃ amice multa & præclara
 somniantem, ratio excitatū expergiscit coegit. proinde
 aduersus illā indignaris, adhuc uix oculos attollens, so
 mno nō facile abacto ob uoluptatē eorum quæ uidisti.
 Idem uero usiuenerit illi, qui inanē sibi felicitatē fingunt,
 si interim dum opibus abundant, thesauros effodiunt,
 regno potiuntur, aliisq̃ in rebus sunt felices, cuiusmo
 di multa numē illud uotum, cū sit largiter munificum,
 nullo negotio designat, neq̃ ulla in re cōtradicat, etiā si
 quis alatus optet fieri, si Colossæa magnitudine, si solis
 dos auri mōtes inuenire. Si in quā dum hæc isti aio uo
 latāt, puer propius accedēs, aliqd rerū necessararū inter
 roget, puta unde emēdi panes? aut quid respondēdum,
 qui locutionis precitū postulat iam dudū expectanti, sic
 stomachantur ueluti a percunctante & importunus in
 terpellante omnibus his bonis sint orbiati, & parū abest,
 quin puero nasum mordicus abripiant. At amice ne tu
 eodem modo erga me afficere, si thesauros effodientē
 te, aliisq̃ sublatum, nec non mirificis quibusdam cogita
 tionibus inhærentem, & spes inanis sperantē, ob meam
 erga te beneuolentiā, non neglexi per omnem uitam in
 somnio, suauī illo quidem fortasse, sed tamen somnio
 uersantē, cupioq̃ expergefactū aliquid agere rerū ad ui
 tæ usum pertinentiū. quod te traducat in reliquū uitæ,
 cōmunia hæc & uulgaria meditantē. Quoniā quod mo
 do agitabas, & meditabare, nihil ab Hippocentauris,
 Chymeris, & Gorgonibus differt, & quicquid aliud in
 somnia

CONRA. GO. INTERPRETE

somnia, poetæ ac pictores cū sint liberi, effingunt, quæ
 neq̃ unq̃ sunt facta, ac ne possunt quidē fieri. Et tamen
 bona pars hominū illis credit, cumq̃ huiusmodi uel ui
 dent, uel audiunt, uoluptate afficiuntur. eo q̃ peregrina
 sint & prodigtosa. Quin tu quoq̃ audito fabularū quo
 dā artifice. Esse mulierem quandā admiranda & inusita
 ta pulchritudine præditā, quæ Grattas ipsas, & Vraniā
 uinceret, non prius expendēs, num uera narret, & nūc
 bi gentiū ipsa degat mulier, statim inflāmatu es amore,
 quæadmodū ferūt Medeā ex insomnio correptā esse la
 sonis amore. At quod maxime tū te, tū alios, quotquot
 hanc amant imaginē, ad amandum impulit, illud erat,
 quæadmodū mihi ratiocinanti apparet, q̃ is qui de mu
 liere uerba facit, postq̃ primo putatur uera loqui, q̃ sunt
 consentanea inducit. Huc enim solum deflexistis oculos,
 eoq̃ naribus uos traxit, quandoquidē semel illi pri
 mam ausam dedistis, abduxitq̃ recta, uti dixit, uia ad il
 lam cuius amore estis inflammari. Facili enim quæ po
 stea acciderunt. Neq̃ e uobis quisq̃ ad introitum semi
 tæ reuersus percūctatus est, nū uera sit, præterea utrūne
 qua nō oportuit, imprudēs sit ingressus, sed p̃cedētū se
 cutus est uestigia, quæadmodū oues suū pastore. Cū ope
 ræprecliū fuerit in ipso ingressu, itaq̃ inde statim ab exor
 dio an igrediēdū fuerit cōsiderare. Cæterū qđ dico, pla
 ni⁹ intelliges, si huiusmodi qđdā simile illi adductū in
 tueare. Nā si qs ex eo poetarū numero, q̃ uult audēt, di
 cat fuisse quodā tricripitē & sensu manib⁹ hoīem, si illud
 primū ociose & inexploratū admittas, nō cogitās num
 fieri possit. sed p̃tin⁹ credēs. Mox cōsentanee inferet etiā
 reliqua, habuisse quoq̃ sex oculos, & aures toridē. Tū
 tres uoces simul ædidisse, ternoq̃ esitasse ore. Præterea
 digitos habuisse in ābab⁹ manib⁹ triginta, quæadmodū
nos

LVCIANI HERMO.

nos singuli decem. Quod si pugnandū fuisset, e ternis manibus singulæ aut scutū gestabant, aut pluteum, aut hastam. Reliquarū uero trium hæc securim impegit, altera lanceam mittebat, tertia gladio utebatur. Quis postea hæc narranti illi non credat? Sunt enim principii cōsequentia, in quo oportebat statim considerare, an fuerint admittēda, & an concedendū hæc ita habere. Quod si simul illa dederis, influunt etiā reliqua, neq; unquā si stentur. Nec procliue est deinceps illis fidem abrogare, quandoquidē cōsequentia sunt similiaq; admissio principio. Quod idē uobis quoq; accidit. Nam amore & alacritate incitati, non examinatis penitatiscq; in ingressu quomodo se habeant principis, a cōsequentiū rerum cū primis cōiunctione tracti porro pergitis. Perinde ut si quis dicat, bis quinque septem esse, rursq; illi credas nō superas apud temetipsū. Adiciet profecto quater quinque plane quatuordecim cōstituere, & quousq; illi uisum fuerit. Cuiusmodi sunt, & quæ nobis admiranda illa Geometria facit. Etenim illa in exordio, extranea quædā & monstrosa postulata petens, sibiq; cōcedit postulās, quæ nullo pacto cōsistere queunt. puncta quædā indiuidua, & lineas latitudine carētes, aliaq; id genus, super uirioso putrilq; fundamēto ædificat, seq; meras demonstrationes existimat proferre, a falso interim progressa principio. Ergo ad eundem modū, uos quoq; singularū sectarum cōcessis principis, quæ ad hæc sequuntur creditis. Et argumentū ueritatis eorū ex falsa cōsecutione colligitis. Deinde nōnulli ex ordine uestro spebus immoriuntur, priusq; uerū uideant, eosq; a quibus sunt falsi agnoscār. Alii quāq; sibi sentiant esse impositum, sero tandem cū iam facti sint senes, non audent reuerti. ueriti ut sit necesse homines natu tam grandes cōfiteri, se cū in puerilib⁹ ludicrisq;

CONRAGO INTERPRETE.

Iudicisq; uersaretur rebus, nō animaduertisse. Itaq; pu-
dore illis immoratur, laudeq; praesentia efferunt, & quot
quot possunt ad eadē capessenda cohortantur. ne uideli-
cet ipsi soli sint decepti. sed illud sibi habeant solatio,
quod magna hominū turba cū eisdē malis cōflicteretur,
in quibus uersantur ipsi. Praeterea uero illud etiā uidet,
si uerū fateantur, fore ut nō amplius quemadmodū in
praesentia sit, pre cæteris sint admirationi, neq; eūdem
cōsecuturos honorē. proinde nō sane spē dixerint, nō
ignari a quibus delapsi bonis, pares aliis existimarētur.
Paucos uero admodū reperiās, qui ob fortitudinem au-
deant fateri se deceptos esse, aliosq; auertant, qui eadem
moliuntur assequi. Itaq; si in quēpiā huiusmodi incidās,
ueritatis illū amatorē uocato. frugiq; simul & iustū, &
si placet philosophū. Illi enim soli nō inuidebo huius
minis appellationē. Alii uero aut plane uerū ignorāt pu-
tantes se scire, aut si sciāt, ob ignauitā & pudorē quodq;
praeferrī uelint, occulūt. Quāq; per Mineruā quaecūq;
dixi, missa faciamus, hoc ipso loco deponētes, illorūq; sit
obliuio, quēadmodū rerū ante Euclidis imperiū gesta-
rū. Datoq; hāc Stoicorū disciplinā rectā esse, nullāq; pra-
eterea aliam, uideamus utrū aliquis ad eā pateat aditus,
possitq; parari, an frustra se labore fatigēt quotquot illā
affectāt. Nam promissa quēdā audio magnifica admirā-
daq; cū felicitate perfruetur, qui summū culmē cōscen-
derint. Solos enim hos cūcta semel habituros esse, quae
uere sunt bona. Cætera uero tute melius noris, an in hu-
iusmodi Stoicū, imo etiā summū Stoicū incideris, qui
neq; tristitia angī, neq; uoluptate cōuellī, neq; irasci q̄at,
uictor inuidiæ, diuitiarū cōtemptor, & simul omnibus
numeris beatus, cuiusmodi cōuenit illum esse, qui sit re-
gula norma q; uitæ, cū uirtute degendæ. Nā qui deficit

LVCIANI HERMO:

uel in minimo imperfectus est, & si in oībus lōgo inter-
uallo uincat. Quod si illud desit, nōdū felicitate est poti-
tus. H E R. Huiusmodi equidē uidī neminē. L V. Recte
facis Hermotime, qui de industria nō mētiaris. Quorū
sum igitur spectās philosopharis: cū uideas neq; praece-
ptorē tuū, neq; itē illius; neq; etiā si in decē secula tēporis
memoriā replices, aliquē ipsorū perfecte sapientē, & ob
id felicitatis factū esse cōpotem. Nā illud haudquāq; re-
cte dixeris, sufficere si p̄xime ad felicitatē accedas; quo-
niā id nihil affert utilitatis. Aequaliter cū sim⁹ extra ui-
am. Et sub dīo similiter degit; qui iuxta ostiū foris ad-
stat, & qui illinc lōgius est semotus. Hoc uero inter eos
fuerit discriminis, q; hic grauius cruciatur, cū uideat e
proximo quātis bonis sit orbarus. Præterea ut propius
accedas ad felicitatē. Permittam enim tibi istud, tot su-
scipis labores, tibi ipse molest⁹ & ulm faciēs. Præter istq;
tibi tantū uitæ spaciū in tristitia & labore neq; nō ui-
gilis terrā obtuenti. Ac rursus alios ut minimū uiginti
annos laborabis quēadmodū dicebas, ut octogenarius.
Nū uero quis tibi spondit te tā diu fore superstitem?
nihil. tamē secus sis inter eos, qui nōdū felicitatē sunt
cōsecuti, nisi tu solus speres assequi id, & persequendo
obtenturū, quod prius te multiq; boniq; & nō paulo ue-
lociores secuti nō cepere? Verum tamē cape si uidetur,
& simul totū correptū posside. Primū nō uideo quod nā
sit illud bonū, ut tantis laboribus æquandū esse uidea-
tur. Deinde quā diu tam illo frueris in reliqua ætate, cū
modo sis senex, & ad uoluptate perfruedū intēpestu⁹?
alterūq; pedē, ut prouerbio dicunt, habeas in sepulcro,
Nisi uir egregie in aliā uitā te exerceas, ut cū illuc uene-
ris cōmodius agas, doctus quibus moribus sit uiuēdū.
Quod perinde est ac si quis tāti sper apparet instruatq;

ut

CONRA.GO.INTERPRETE.

ut lautius cænet, cōsululum. donec inscius imprudēsq; fa-
me extinguatur. Quin neq; illius tibi opinor. uenit in-
mentē, uirtutem in actione esse, nimirū in iuste prudente-
ter, fortiterq; agendo. Vos autē, cum uos dico primari-
os philosophos dico, omittentes hæc quærere ac facere,
dictūculas miseras, ac syllogismos, disceptationesq; in-
explicabiles meditamini, & his nugamentis magnā uitæ
partem impenditis, quicq; in illis uicerit, pulcherrimum
certamen uobis uicisse iudicatur, ob quæ opinor etiam
præceptorem hunc suspicatis & ueneramini hominem
ætate cōfectum, quoniā eos, qui cum illo colloquuntur,
in hæsitantiam perplexitatēq; inducit. nouitq; quomo-
do sit percunctandū, quomodo cōueniat sophistā agere
ac improbū esse. & in absurda quædā conicere, & reue-
ra dimisso fructu, ille autē cōsistit in actione, circa cor-
ticem laboratis, solia alter in alterū in disputationibus
effundētes. An enim alia sūt Hermotime q̄ facitis ab ex-
orra aurora usq; ad uesperam. HER. Haudquaq;, sed il-
la ipsa. L V. An ne igitur quis recte dixerit, umbrā uos
amisso corpore uenari, aut serpentis exuuiū, ipsum ser-
pentē elabi sustinentes? Imo uerō perinde facere, quēad-
modū si quis in mortariū infusam aquā ferreo pistillo
tundat, arbitratus se aliquod operæ precii facere, igna-
rus etiā si humeros, ut aiūt, feriendo perdat, aquā æqua-
liter aquā manere. Ac permitte mihi hoc loco ut te inter-
rogā. An excepta philosophia aliis etiā in reb⁹ cupias pœ-
ptoris tui esse similis. Adeo enim est tracidus, adeo sor-
didus, adeo cōteriosus, adeo Hercule uoluptati deditus,
etiā si nō ita multis uideatur. HER. Quib⁹ eadē huius
modi uidet^r. L V. Vis Hermotime tibi uti cōmemorē,
q̄ nup audiui puecta admodū ætate senē quēdā narrare
cui ingēs adolēscētulorū turba ob philosophiā adhære-

LVCIANI HERMO:

bant: Nā cum a quodā discipulo mercedē exigeret, stoma-
machabatur, nimirū distulisse, itaque legitimū debiti diem
excessisse, cū debuisset ante sedecim dies renumerasse ar-
gentū ipsis calēdis. Sic enim cōuenisse inter eos, atque ob
hāc indignabatur. Aderat autēculus adolescētuli homo
rusticanus, & rudis si uobiscū cōferatur. Desine, inquit,
o pēlare maxima iniuria affectū dicere, si uerbula quā-
abs te mercati nōdū aliud soluimus, quāquā nobis quae
uēdidisti, adhuc ipse retines, nec quicquid decessit tuae disci-
plināe. Aliis uero in rebus, quarū cupiditate adductus,
adolescēte apud te collocasti, hic nihil per te factus est
melior. Echecratis uicini mei filiā uirginē abreptā uitla-
uit, de qua ui illata accusat⁹ uix effugisset iudiciū, nisi talē
to ab Echecrate hoīe tenui iniuriam redemissēm. Porro
matri non ita pridē colaphos impēgit, quā adimeret illi
cadū, quē in sinu occulratū efferebat, opinor ut esset, un-
de symbolū daret. Nā in his, quae pertinet ad iracundiā
ad cupiditatē, & audaciā, mēdaciūque, superiore anno nō
paulo melius quā nūc, fuit affectus. Profecto malim eū in
his deponēdis abs te adiutū esse, quā illa scire, quā quoti-
die apud nos nihil huiusmodi rerū indigētes, super coe-
nā deblaterat. Quēadmodū Crocodilus rapuerit pue-
rulū, promiseritque redditurū, si responderet pater haud
scio quid, Vel quēadmodū necessario fiat, si dies sit, no-
ctem nō esse. Interdū autem & cornua egregius iste no-
bis producit, rationē haud scio quibus modis cōnectēs.
Nos uero ob hāc ridemus, potissimū quando oppletis
nostris aurib⁹, apud semetipsū meditatur habitus quos-
dā & affectiones, praeterea cōpraehensiones, & phantasi-
as, multaque huiusmodi nomina recēset. Audimusque ipsū
dicere, Deū nō esse in caelo, sed per omnia, ut arbores sa-
xa animantia esse diffusum usque ad abiectissima quaeque.

Cūq;

CONRA. GO. INTERPRETE

Cūq̃ ipsum mater rogaret, cur his deliramentis occuparetur, derisa ea, At si inquit, hæc deliramenta penit⁹ edidicero, nihil uetabit quin solus sim diues, solus regnum obtineā. Alios uero scelera ac mancipia esse ducā, si mecum cōferantur. Hæc cū uir ille dixisset, attēde q̃so Hermotime, cuiusmodi responsum philosophus dederit, q̃ plenū senilis prudētiae. At inquit nisi ad me cōmcaisset, putasne illū lōge deteriora patrasse, aut per Iouē etiam forsitan carnifici fuisse traditū. Nam nūc quidē illi frōe nū intecit philosophia, & ab hac uita pudor reuocauit, eoq̃ moderatior est uobis ac tolerabilior. Affert enim illi pudorē quendā, si uideatur & habitu & nomine indignus, quē iam affectantē castigāt ipsum. Itaq̃ iure optimo sum acceptur⁹ mercedē etiā si nō eo nomine, q̃ quē admodū declarauit, reddidi meliorē, saltē ob ea, quæ nō fecit, pudore philosophiæ cohibitus, quoniā nutrices si milia de pueris dicūt, eundē esse illis ad ludū literarium. Nam & si nondū idonei sint discēdis bonis, saltē tantisper dū ibi manēt, nihil omnino designauerint mali. Proinde ego quidē mihi aliis in reb⁹ oībus meo officio perfecte functus esse uideor. Et quēcūq̃ uoles, qui nostratū rerū sit peritus, huc in crastinū ueniens adducito, uidebis q̃ scienter interroget, & quanta dexteritate respondeat, q̃ multa didicerit. Præterea quot iā plegerit libros de enūtiationibus, de syllogismis de cōpræhensionibus, de moribus, & nō pauca id gen⁹ alia. Qd si matrē pulsa uit, aut rapuit uirgines, quid hæc ad me? Nō enim me illi pædagogū præfēctis. Talia homo grandis natu sup philosophia est locutus. Tu uero Hermotime num ipse quoq̃ diceret sat esse, ut ob id philosophemur, ne deteriora agamus; an ob alias spēs ab initio cepimus sapientiæ studiū amplecti; nōne ut imperitos honestate & moderatione

LVCIANI HERMO.

deratione antelremus! Cur nō illud etiā mihi respōdes?
 H E R. Ecquid aliud nisi parū abesse, quin illachrymē.
 adeo me tua oratio cū sit uera cōmouit, doloq; infelix,
 qui tantā tēporis iacturā fecerim, mercede insuper haud
 quāq; exigua pro laboribus persoluta. Nā nūc demū tāq;
 e temulētia quadā ad sobrietatē reuocatus, intelligo cu
 iusmodi sint, quæ adamabā, & quid asperitatis horum
 studio petulerim. L V. Quorsum attinet o bone lachry
 mas profundere. Nā illud cōmētū fabulæ, quā narrauit
 Aesop⁹, ego plenū prudētiæ esse existimo. Refert enim
 homoncionē quendā in litore undoso desidentē fluctus
 numerasse, cūq; errore lapsus esset, doluisse grauitē an
 mo affectū, donec uulpecula, quæ ibi aderat ipsi dkeret,
 Quid te affligis & crucias, propter fluctus pterlapsos.
 Par est, ut post hac numerare incipias, neq; præteritorū
 cura distineare. Proinde tu quoq; quoniā sic tibi uidet̃,
 feceris in posterū tū prudēti⁹, tū melius, si uitā cū oib⁹
 cōmunē degere statuas, ciuēq; multitudini parē agas, ni
 hil quod a consuetudine sit alienū, nihil fastuosum spe
 rans. Neq; te pudeat, si modo recte sapias, si homo senex
 mutata in cōtrariū sententiā te recipias ac demigres ad
 id, quod est pstantius. Hæc oīa amice q̃cūq; dixi neme
 putes cōtra Stoam paratū, aut quod mihi aduersus Sto
 ios aliquā singularē inimicitia suscepim dixisse. Sed
 oratio mihi habita est cōmuniter cōtra uniuersos. Nam
 cōtra te dixissem, si Aristotelis, aut Platonis dogmata ef
 sem secur⁹, altos obscuros & ignobiles indicta causa cō
 dēnans. Nūc uero, quoniā tu Stoicorū sectā prætulisti,
 cōtra Stoam directā uidetur oratio, cū nihil aduersus il
 lam habeat a cæteris eximīū. H E R. Recte narras, pro
 inde cuestigio hinc discedo, ut habitū hūc cōmutem. Vi
 debis itaq; nō ita multo post, neq; barbam quēadmodū
 nūc

CONRA. GO. INTERPRETE

nūc hirsutam ac prolixam, neq; asperam tristēq; uitæ rationē, sed libera ac remissa oīa, fortasse etiam purpura uestiar, ut uideant oēs, nihil mihi posthac cū illis nugamētis esse cōmercii. Atq; utinam liceret oīa illa euomere, quæ ab illis tradita accepi. Mihi crede non grauarer hoc noīe etiā elleborū potare, alia q̄ Chrysippus ratiōe, ut nihil posthac intelligam, q̄ garrūt. Tibi uero nō me diocrē habeo gratiam Luciane, q̄ me a rapido concitatoq; amne abreptū agitātūq; tamq; cedentē, & una cum aquarū impetu auctū retraxeris, adstās nobis iuxta illud Tragicū, deus ex improuiso apparens. Porro uides or mihi nō sine causa caput tōdendū præbiturus, quādmōdū qui incolumēs e naufragiis sunt seruati, tanq̄ Ioui sospitatori, hodie sacra factur⁹, cū tantam caliginem remouerim ab oculis. Cæterū si posthac per uitam ingredies, etiam præter animi sententiā in philosophum aliquid tandē incidero, auersabor, & præterfugiam non aliter atq; rabiosos canes.


FINIS.

Errata.

a. 1. facie. 2. uersu. 2. lege Serenissimī. a. 2. fa. 2. uersu. 22. le. quicq; pro quibusq;. a. 3. fa. 1. uer. 11. le. gerēbant. Eadē facie. uer. 22. le. rapi. cum. Et uersu. 29. le. uita. b. 4. fa. 2. uer. 18. le. e. re. e. 2. fa. 1. uer. 11. pro sacra lege uotū. f. 3. fa. 1. uer. 15. lege uini.

Η ΊΕΡΑ ΑΓΚΥΡΑ

Semper sit tibi nixa mens honesto.



Sacra haec Ancora non fessit unquam.



SACRA ANCORA

Ne tempestatum uis auferat, Ancora sacra,
Quo mentem figas, est iacienda tibi.

Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια.

πολλάκις ἐν οἴνου κύμασιν τις ναυαγῆι.